


Jornandes Gothorum episcopus  
remanens successoris propositi  
Vobis ad annum 450.

2.300 e



M 276

IV 1753

id B

~~Pravo de Pratorum~~

First Edition of this curious book

... par les ... dans la ...  
... par les ... dans la ...  
... par les ... dans la ...  
... par les ... dans la ...

Colonis Bib. ...  
... 1791 p. 203 827.

EX LIBRIS  
FRÉDÉRIC  
ET  
ANNE  
MAX



Class

Sherburne

*[Faint, illegible handwriting]*

1. Iornandes episcopus Ravennas, de Getarum  
sive Gothorum origine et rebus gestis  
liber et in titulo.

2. De litteris et lingua getharum sive  
gothorum; item de notis Lombardicis;  
quibus acceperunt specimen variarum  
linguarum. editore vulcanio Brugensi  
Lugd. bat. Plant. Raphelengius. 1597.  
80.

Le savant Wespinus Archevêque d'Amuch,  
dans une lettre à M. du Jon (Junius) le fils,  
Auteur du livre de Pictura Veterum, soupçonne  
que ce petit Commentaire soit d'Antoine Morillon,  
Secrétaire & Bibliothécaire du Cardinal Granvelle  
Antoine Perrenot.

Le soupçon n'est pas à mon avis, mal fondé;  
j'ayant dans ce Commentaire, des remarques  
après recherches, & qui ne s'accordent pas mal  
avec le grand savoir que l'on attribue à ce  
Morillon. Gropius Becanus, dont le témoignage  
n'est pas toujours à rejeter, dit, dans des Organes  
d'Anvers, que ce Morillon étoit versé en toute  
sorte de littérature, & que les Versz qu'il a laïez  
le justifie clairement.

Colomies

IORNANDES

Episcopus Ravennas

DE

GETARVM, sive GOTHORVM

Origine & rebus gestis.

ISIDORI Chronicon Gothorum, Vanda-  
lorum, Suenorum, & Wisogothorum, fol. 201.

PROCOPII Fragmentum, De prisca sedibus  
& migrationibus Gothorum, Græcè & Lat. 239.

Acceßit & IORNANDES De regnorum  
& temporum successione. fol. i.

Omnia ex Recognitione, & cum NOTIS  
BON. VULCANII BRUGENSIS. 177.



LVGDVNI BATAVORVM,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Franciscum Raphelengium.  
CL. MD. XCVII.

*Illustribus Amplissimis que  
Viris,*

DD:

ORDINIBVS  
FRISIÆ,

B. VULCANIVS *Brugensis*  
S. P. D.

**B**IENNIVM est,  
& quod excur-  
rit, Illustres Am-  
plissimi que Vi-  
ri, quod Aga-  
thiam historicum insignem;  
qui grauissima bella à Iustinia-  
no Imp. aduersus Gothos aliasq;  
bellicosissimas nationes ( quas  
Græcis & Latinis Barbaras ap-  
pellare placuit, ) accuratissimè  
descripsit, Græcè primus edi-  
di,

† 2

di,

di, & post alios interpretes atque interpolatores, quamplurimis locis auctiorem, infinitis (absit verbo inuidia) meliorem reddidi. Qui quidem labor meus cum publica quadam approbatione, summoque doctorum hominum applausu esset exceptus, magnum mihi calcar additum sentiebam ad idem in Procopio maximi nominis historico, qui earundem gentium historiam ante Agathiam luculentissime descripserat, tentandum, atque adeo praestandum. Omnibus itaque viribus ad optimi huius authoris, sed pessime ab interpretibus habiti, nouam interpretationem me contuleram, adiutus codice manuscripto quem Clarissimus Amplissimusque vir,

&

& promouendae ornandaeque rei literariae natus Iac. Aug. Thuanus, supremi senatus Parisiensis praeses, ex Bibliotheca regia transcribi curarat, & benignè nobis communicarat. Cum verò ex accurata huius codicis M S lectione, & veteris versionis Procopianae cum Graeco textu collatione, quamplurimas in exemplari manu exarato lacunas subesse animaduertirem, quae nulla ratione suppleri possent absque veteris alicuius *ἀντιγράφου* ope, cuius quidem nanciscendi spes aliqua mihi affulserat: operae precium me facturum putavi, si interea dum noua Procopij interpretatio ab historiarum antiquitatisque studiosis hominibus tam auidè à me exspectatur

† 3

etatur

statum quàm necessario differ-  
tur, leniendo eorum desiderio,  
& longiusculæ moræ tœdio  
minuendo, Iornandem Epi-  
scopum Rauennatem, De ori-  
gine & rebus gestis Gotho-  
rum, Procopio veluti *ἑταῖρος*  
siue facigerum præmitterem;  
quippe qui magnam illius de  
Gothis historiæ lucem esset al-  
laturus. Habet enim profectò  
Iornandes multa insignia loca  
ad vetustissimæ huius nobilif-  
simæque gentis Gothicæ res  
gestas illustrandas pertinentia,  
ex historicis veteribus quorum  
scripta iamdudum magno rei  
literariæ malo perierunt desum-  
ta, cognituque dignissima, ne-  
que apud alios ullos historia-  
rum scriptores obuia; Dexip-  
po videlicet, Dione, Prisco, aliis-  
que

que quos de rebus Geticis scri-  
psisse testatur. E quibus uti-  
nam vnus exstaret Dio; con-  
staret sanè omnibus quantope-  
re non bellicæ tantùm artis glo-  
ria, sed sapientiæ etiam stu-  
diis aliis nationibus Gothi an-  
tecelluerint, neque temerè aut  
falsò à Iornande (cuius vt ni-  
mium genti suæ fauentis fi-  
dem historicam nonnulli ele-  
uare atque labefactare nitun-  
tur) hoc elogij ex Dione Gothis  
tribui, quòd & corpore & ani-  
mo Romanis fuerint grandio-  
res, & Barbaris penè omnibus  
sapientiores, Græcisque propè  
consimiles. Ego verò vt de lau-  
dibus gentis Gothicæ, præclaris  
videlicet ipsorum studiis, mori-  
bus atq. institutis, eximiaq. om-  
niũ disciplinarum scientiarum-  
que

que cognitione, ut etiam de  
summa artis bellicæ peritia, ar-  
morumque gloria quâ florue-  
runt, nihil dicam; (nam & hæc  
multorum historicorum scri-  
ptis sunt celebrata, & à Iornan-  
de pertractata; & nullus est or-  
bis angulus quo non Gothici  
nominis splendor pariter & ter-  
ror peruasit: ) hoc tamen si-  
lentio præterire non possum,  
me vel hoc vno præcipuè no-  
mine nobilissimæ huius gen-  
tis admiratorem semper fuisse,  
quòd opinio, imò certa per-  
suasio De immortalitate animo-  
rum (maximum meo quidem  
iudicio ad contemnendâ mor-  
tem resque fortiter gerendas  
incitamentum) Gothis ab om-  
ni ævo ingenita & quodam-  
modo peculiaris ac propria fuis-  
se

videatur. Cùm verò Iornandes  
omnia quæ ad Gothicæ gentis  
laudem illustrationemque per-  
tinent accuratè persequatur, ne-  
que Geticæ tantum sed & Græ-  
cæ Latinæque historiæ magnam  
hic author lucem adferre possit,  
eamque ob causam dignus  
mihi, ut antea dixi, sit visus qui  
Procopij editioni præmitteretur;  
ego eum, temporum li-  
brariorumque iniuria malè ha-  
bitum, recensui, multisque lo-  
cis (omnibus enim quibus possidem  
codice ms destitutus) recogno-  
ui & castigavi, in certa etiam  
capita distinxì, breuibusque ea  
periochis siue argumentis illu-  
stravi. Adieci verò etiam alia  
nonnulla ad res Gothicas per-  
tinentia, quorum Indicem proxi-  
mæ duæ pagellæ ostendent.

† 5

Quæ

Quæ quidem omnia Vestro,  
Illustres Amplissimique Viri,  
nomini inscripsi; primum quòd  
ea iure optimo vobis deberi  
censerem, quibus magnam cum  
Gothica gente affinitatem inter-  
cedere è Clarissimo Amplissi-  
moque p. m. viro D. Ioachimo  
Hoppero, æterno Frisorum or-  
namento, aliquando audire me-  
mini; deinde vt exstaret ali-  
quod etiam erga Vos Frisiam-  
que vestram literata nobilita-  
te florentem singularis studij  
•obseruantiaque meæ testimo-  
nium; quod quidem vt æqui  
bonique consulatis, meamque  
operam Gothicæ gentis & lin-  
guæ laudi ac gloriæ pariter & rei  
literariæ impensam, aduersus vi-  
tiligatores & obtretratores quos-  
cunque, Amplissimi nominis  
vestri

vestri præsidio tueamini, etiam  
atque etiam rogo.

Deus Opt. Max. Illustres Am-  
plissimique viri, vos quàm diu-  
tissimè seruet incolumes.

Lugduni Batauorum; Anno  
CIC; ID; XCVII; Cal. Au-  
gusti.

INDEX



# I N D E X

corum quæ hoc volumine  
continentur.

## PARTE I.

**I**ORNANDES De rebus Geticis.

pag. I.

vsq. ad pag. 180.

Sidonij Apollinaris Epistola de vita  
Theoderici Vesogothorum regis. p. 181. vsq. 187.

Excerpta è Conrado Peutingero De incli-  
natione Rom. Imp. & exterarum gentium  
migrationibus. p. 187. vsq. 190.

Index authorum qui à Iornande citan-  
tur. p. 190.

Index rerum & verborum in Iornandem  
De rebus Geticis. p. 191.

Isidori Chronicon Gothorum. p. 201. eius-  
dem Historia Vandalorum p. 225. eiusdem  
Historia Sueuorum. 231. Chronica regum  
Wisigothorum. 235.

De præcis sedibus Gothorum, Hunnorum  
& Vandalorum, excerpta è Procopij lib. 4.  
De bello Gothico, nondum edito: p. 239. 246.

Castigationes in Isidori Chronicon. p. 253.

Notæ & castigationes in Procopium  
De sedibus Gothorum. p. 261.

PAR-

## PARTE II.

**I**ORNANDES De regnorum ac  
temporum successione. p. I. vsq. 152.

Excerpta è L. Marineo Siculo, De Go-  
thorum in Hispaniam aduentu, & regum  
serie. 152. vsq. 167.

Excerpta è Ricobaldi Ferrariensis Hi-  
storia MS. cui titulus Pomærium Ecclesie  
Rauennatis: De Theoderico rege Gothorum.  
p. 167. vsq. 177.

Varie lectiones & Notæ aliquot in utrum-  
que Iornandis librum. p. 177. vsq. 191.

Item de litteris et lingua getarum  
sive gothorum.

Item de Notis Lombardicis. DE

Item Specimina variarum linguarum.

DE

IORNANDE siue IORDANO  
ita Ioannes Tritemius libro De  
Scriptoribus Ecclesiasticis.

**I**ORDANVS ex monacho episcopus  
Gothorum, vir in diuinis scripturis  
studiosus, & in secularibus literis com-  
petenter eruditus, ingenio mitis, &  
apertus eloquio, scrutator temporum,  
& rerum gestarum scriptor insignis.  
Fertur quadam praeclara composuisse  
volumina, de quibus ad meam notitiam  
paucissima peruenerunt. Reperi enim  
tantum historiarum lib. II. In quorum  
primo recensuit gesta Romanorum, in  
secundo verò originem & gesta Gotho-  
rum, usque ad finem regni ipsorum.  
Claruit autem sub Iustiano imperato-  
re, anno Domini D. XXX.

Iornandes quæ de parentibus maioribusq.  
suis & de suo vitæ instituto scribat, vide pagi-  
nam huius editionis 150.

IOR-

IORNANDES

CASTALIO

S. D.

**V**OLENTEM me paruo sub-  
uectum nauigio, oram  
tranquilli litoris attingere & mi-  
nutos de priscorum (vt quidam  
ait) stagnis pisciculos legere, in  
altum frater Castali laxare vela  
compellis, relictoque opusculo  
quod intra manus habeo, id est,  
De breuiatione chronicorum,  
suades vt nostris verbis duode-  
cim Senatoris volumina De ori-  
gine actuque Getarum, ab olim  
vsque nunc per generationes re-  
gesque descendente, in vnum &  
hoc paruo libello coartem. Du-  
ra fatis imperia, & tanquam ab  
eo qui pondus huius operis sci-  
re nolit imposta. Nec illud ad-  
spicis,

spicis, quòd tenuis mihi est spiri-  
tus ad implendam eius tam ma-  
gnificam dicendi tubam. Super-  
rat nos hoc pondus, quod nec fa-  
cultas eorundem librorum no-  
bis datur, quatenus eius sensui  
inferuiamus. Sed vt non inen-  
tiar, ad triduaná lectionem dis-  
pensatoris eius beneficio libros  
ipfos antehac relegi. Quorum  
quamuis verba non recolo, sen-  
sus tamen & res actas credo me  
integrè tenere. Ad quos nonnulla  
ex historiis Græcis ac Latinis ad-  
didi conuenientia; initium fi-  
nemq̃. & plura in medio mea di-  
ctatione permiscens. Quare sine  
contumelia quod exegisti, susci-  
pe libens, libentissimè lege: & si  
quid parum dictum est, & tu, vt  
vicinus genti, cõmemoras: adde.  
Ora pro me frater charissime.

I O R-

I O R N A N D E S  
Episcopus Rauennas

DE  
GETARVM sive GOTHORVM  
*Origine, & rebus gestis.*

CAP. I.

De totius orbis terrarum diuisione.

**M**AIORES nostri, ut refert  
Orosius, totius terræ circu-  
lum Oceani limbo circum-  
septum triquetrum statue-  
re, eiusque tres partes, Asiam, Europam,  
& Africam vocauerunt. De quo tripartito  
orbis terrarum spacio innumerabiles penè  
scriptores existunt, qui non solum urbium  
locorumve positiones explanant; verum  
etiam, quod est liquidius, passuum milia-  
riumque dimetiuntur quantitatem. Insu-  
las quoque marinis fluctibus intermixtas,  
tam maiores, quam etiam minores, quas  
A Cycladas

Cycladas, vel Sporadas cognominant, in immenso maris magni pelago sitas determinant. Oceani verò intransmeabilis vltiores fines non solum non describere quis aggressus est, verum etiam nec cuiquam licuit transfretare: quia resistente vltia, & ventorum spiramine quiescente impermeabiles esse sentiantur, & nulli cogniti, nisi soli ei qui eos constituit. Ceterior verò eius pelagi ripa, quam diximus, totius mundi circulum in modum coronæ ambiens, fines suos curiosis hominibus, & qui de hac re scribere voluerunt, perquam innotuit, quia & terræ circulus ab incolis possidetur. Et nonnulla insula in eodem mari habitabiles sunt, vt in Oriëntali plaga, & Indico oceano, Hippodes, Famnesia, sole perusta, quamuis inhabitabiles, tamen omnino sui spacio in longum latumque extensa. Taprobane quoque, in qua exceptis oppidis, vel possessionibus, dicunt munitissimas vrbes, decorem Sedabam, omnino gratissimam Silestantinam, nec non Et heron, licet nō ab ali-

quo

quo scriptore dilucidat, tamen suis possessionibus affatim refertas. Habet in parte occidentia idem Oceanus aliquantas insulas, & penè cunctas ob frequentiam euntium & redeuntium notas. Et sunt iuxta fretum Gaditanum batiū procul, vna Beata, & alia quæ dicitur Fortunata, quamuis nonnulli & illa gemina Gallicie & Lusitanie promontoria in oceani insulis ponant. In quorum vno templum Hercules, in alio monumentum adhuc conficitur Scipionis. tamen quia extremitatem Gallicie terræ continent, ad terram magnam Europæ potius, quàm ad Oceani pertinent insulas. Habet tamen & alias insulas interius in suo æstu, quæ dicuntur Baleares, habetque & aliam Meuaniam: necnon & Orcadas numero xxxiiij. quamuis non omnes excultas. Habet & in vltimo plagæ occidentalis aliam insulam nomine Thylen, de qua Mantuanus:

—tibi seruiat vltima Thyle.

Habet quoque hoc ipsum immensum pela-

4 IORNANDES  
gus in parte arctoa, id est, septentrionali  
amplam insulam nomine Scanziam, unde  
nobis sermo, si dominus iuuerit, est assu-  
mendus: quia gens, cuius originem flagitas,  
ab huius insula gremio velut examen apum  
erumpens, in terram Europæ aduenit. Quo-  
modo verò, aut qualiter, in subsequenti-  
bus (si Dominus donauerit) explanabimus.

CAP. II.

De BRITANNIA insula.

NUNC autem de Britannia insula,  
quæ in sinu Oceani inter Hispanias,  
Galias, & Germaniam sita est, vt  
potuero, paucis absoluam. Cuius licet ma-  
gnitudinem olim nemo (vt refert Linius)  
circumuectus est, multis tamen data est va-  
ria opinio de ealocquendi. Quamdiu siqui-  
dem armis inaccessiblei Romanis, Julius  
Cæsar præliis, ad gloriam tantum quaesitis,  
aperuit peruiam: deinceps mercimoniis,  
aliasque ob causas, multis patefacta mor-  
talibus, non indiligenti, quæ secuta est, ata-  
ti, cer-

DE REB. GETICIS. 5  
ti, certius sui prodit situm. quam, vt à  
Græcis Latinisque autoribus accepimus,  
persequimur. Triquetram eam plures dixere,  
cono similem, inter septentrionalem oc-  
cidentalemque plagam proiectam; vno, qui  
magnus est, angulo in Rheni ostia specta-  
ntem: dehinc correpta latitudine obliqua re-  
tro abstractâ in duos exire alios: geminoq.  
latere longiore Gallia prætendi, atque Ger-  
mania. In duobus milibus trecentis decem  
stadiis latitudo eius vbi patentior: longi-  
tudo non vltra septem milia centum tri-  
ginta duo stadia fertur extendi: modò verò  
dumosa, modò syluestri iacere planicie,  
montibus etiam nonnullis increfcere: mari  
tardo circumflua, quod nec remis facile im-  
pellentibus cedat, nec ventorum flatibus  
intumescat, quia remota longius terra cau-  
sas motibus negant. quippe illuc latius,  
quàm vsquam, equor extenditur. Refere  
autè Strabo, Græcorum nobilis scriptor, tan-  
tas illà exhalare nebulas, madefacta humo  
Oceani crebris excursibus, vt subiectus sol  
A 3 per

per illam penè totam fœdiorem, qui serenus est, diem negetur aspectui, noctem quoque clariorem. In extrema eius parte Memma, quam Cornelius etiam annalium scriptor narrat, metallis plurimis copiosam, herbis frequentem, & his feracior omnibus, quia pecora magis, quàm homines alat. Labi verò per eam & multa quàm maxima relabique flumina gemmas margaritasque voluentia, sylorum colorati vultus, torto plerique crine & nigro nascuntur. Calidonianam verò incolentibus, rutila coma: corpora magna, sed fluida: qui Gallis siue Hispanis à quibusque attenduntur assimiles. Unde coniectauere nonnulli, quòd ea ex his accolae continuo vocatos acceperit. inculti equè omnes populi, regesque populorum: cunctis tamen in Calidonorum metallum concessisse nominandi, aut or est Dio celeberrimus scriptor annalium. Virgeas habitant casas, communia tecta cura pecore, siluæque illis sæpè sunt domus. Ab decorem nescio, an aliam ob rem, ferro pingunt corpora.

corpora. Bellum inter se aut imperij cupidine, aut amplificandi quæ possident, sæpius gerunt; non tantum equitatu vel pedite, verum etiam bigis, curribusque falcatis: quos more vulgari Essedas vocant. Hæc pauca de Britannia insula forma dixisse sufficiat.

## CAP. III.

De Scanzie insulæ situ, & nationibus.

**A**D Scanzie insulæ situm, quam superius reliquimus, redeamus. De hac enim in secundo sui operis libro Claudius Ptolemæus orbis terræ descriptor egregius meminit, dicens: Est in oceani arctoo salo posita insula magna, nomine Scanzia, in modum folij cedri, laterib. pandis post longum ductum concludens se, eius ripas influit oceanus. Hæc à fronte posita est Vistulae fluij, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanzie septentrionali Oceano trifidus illabitur, Germaniam Scythiamque determinans. Hæc ergo ha-



bet ab oriente vastissimum lacum, in orbis  
 terra gremio: vnde Vagi fluvius velut quo-  
 dam ventre generatus in oceanum vndo-  
 sus euoluitur. Ab Occidente nanque im-  
 mensa pelago circumdatur: à Septentrione  
 quoque in nauigabili eodem vastissimo con-  
 cluditur Oceano, ex quo quasi quodā bra-  
 chio exeunte, sinu distento, Germanicum  
 mare efficitur. Hic gentes, quæ caribus  
 tantum viuunt: ibi etiam parue, sed plures  
 perhibentur insula esse dispositæ, ad quas  
 si congelato mari ob nimium frigus lupi  
 transferint, luminibus feruntur orbati. ita  
 non solum inhospitalis hominibus, Verùm  
 etiam beluis terra crudelis est. In Scanzia  
 verò insula, vnde nobis sermo est, licet mul-  
 tæ & diuersæ maneant nationes, septem  
 tamen earum nomina meminit Ptolemæus.  
 Apud ibi turba mellifica ob nimium fri-  
 gus nunquam reperitur. In cuius parte  
 arctoa gens Adogit consistit, quæ fertur in  
 æstate mediâ quadraginta diebus & no-  
 ctibus lucem habere continuas: itemque  
 brumali

brumali tempore, eodem dierum noctum-  
 que numero lucem claram nescire. Ita al-  
 ternato mœrore cum gaudio, beneficio aliis  
 damnoque impar est. & hoc quare? Quia  
 prolixioribus diebus solem ad Oriëntem per  
 axis marginem vident redeuntem: breuioribus  
 verò nõ sic conspicitur apud illos, sed  
 aliter; quia Austrina signa percurrit, &  
 qui nobis videtur sol ab imo surgere, illis  
 per terræ marginem dicitur circuire. Alia  
 verò ibi gentes tres Cresenna, qui frumen-  
 torum non queritant victum, sed carni-  
 bus ferarum atque aniuum viuunt: vbi tan-  
 ta paludibus factura ponitur, ut & au-  
 gmentum præstent generi, & satietatem  
 ac copiam genti. Alia verò gens ibi moratur  
 Suetthans, quæ velut Thuringi equis vtun-  
 tur eximius. Hi quoque sunt, qui in vsus  
 Romanorum Saphirinas pelles, commercio  
 interueniente, per alias innumeras gentes  
 transmittunt, famosi pellium decora nigre-  
 dine. Hi quum inopes viuunt, ditissime ve-  
 stiuntur. Sequuntur deinde diuersarum



turba nationum, Theusthes, Vagoth, Bergio, Hallin, Liotida, quorum omnium sedes sub humo plana ac fertili, & propterea inibi aliarum gentium incurfionibus infestantur. Post hos Athelnil, Finnauthæ, Feruir, Gautigoth, acre hominum genus, & ad bella promptissimum. Dehinc mixti Euageræ Othingis. Hi omnes exesis rupibus, quasi castellis inhabitant, ritu beluino. Sunt ex his exteriores Ostrogothæ, Raumaricæ, Raugnaricij, Finni mitissimi, Scanzie cultoribus omnibus mitiores: nec non & pares eorum Vinouloth, Suethidi, Cogeni in hac gente reliquis corpore eminentiores, quamuis & Dani ex ipsorum stirpe progressi, Erulos propriis sedibus expulerunt: qui inter omnes Scanzie nationes nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum. Sunt quanquam & illorum positura Gramij, Aganzie, Unixæ, Ethelrugi, Arochiranni, quibus non ante omnes, sed ante multos annos Rodulf rex fuit, qui contempto proprio regno,

regno, ad Theoderici Gothorum regis gremium conuolauit, & ut desiderabat inuenit. Hæ itaque gentes Romanis corpore & animo grandiores, infestæ seuitia pugna.

## CAP. IIII.

Gothi vnde primum egressi, quo pacto paulatim sedes suas promouerint in Scythiam Pontico mari vicinam.

**E**x hac igitur Scanzia insula quasi officina gentium, aut certè velut vagina nationum, cum rege suo nomine Berig, Gothi quondam memorantur egressi: qui ut primum è nauibus exeuntes, terras attigere, ilico loco nomen dederunt. Nam hodie illic, ut fertur, Gothiscanzia vocatur. Vnde mox promouentes ad sedes Vlmerugorum, qui tunc Oceani ripas insidebant, castrametati sunt, eosque commisso prælio propriis sedibus pepulerunt, eorumque vicinos Vuandalos iam tunc subiugantes, suis applicuere victoriis. Ibi verò magna populi numerositate crescente, etiam

te, etiam penè quinto rege regnante, post Berig, Filimer, Filogud, Arigis consilio sedit, vt exinde cum familiis Gothorum promoueret exercitus, qui aptissimas sedes, loca que dum quereret congrua, peruenit ad Scythie terras, qua lingua eorum Ouim vocabantur: vbi delectato magna vbertate regionum exercitu, & medietate transposita, pons dicitur, vnde amnem transiecerat, miserabiliter corruisse, nec vltierius iam cuiquam licuit ire aut redire. Nam is locus, vt fertur, tremulis paludibus voragine circumiecta concluditur: quem vtraque confusione natura reddidit imperuium. Veruntamen hodie que illic & voces armentorum audiri, & indicia hominum deprehendi, commeantium adtestatione, quamuis à longe audientium, credere licet. Hæc igitur pars Gothorum, qua apud Filimer, dicitur in terras Ouim emenso amne transposita, optatum potita solum. Nec mora, ilico ad gentem Spalorum adueniunt, conserto que pralio, victoriam adipiscuntur:

tur: exinde que iam velut victores ad extremam Scythie partem, qua Pontico mari vicina est, properant: quemadmodum & in priscis eorum carminibus penè historico ritu in commune recolitur: quod & Ablabius descriptor Gothorū gentis egregius verissima adtestatur historia. In quam sententiam & nonnulli consensere maiorum. Iosephus quoque Annalium relator verissimus, dum vbi que veritatis conseruit regulam, & origines causarum à principio reuoluit; hæc verò, qua diximus, de gente Gothorum principia cur omiserit, ignoramus. Sed tamen ab hoc loco eorum stirpem commemorans, Scythas & natione & vocabulo asserit appellatos: cuius soli terminos, antequam aliud ad medium deducamus, necesse est, vti iaceant, dicere.

## CAP. V.

Scythiæ situs & descriptio. & variaz Gothorum in ea sedes.

**S**CYTHIA siquidem Germaniæ terræ confinis, eotenus ubi Hister oriatur amnis, vel stagnum dilatatur Mysianum, tendens usque ad flumina Tyram, Danastrum, & Uagosolam, magnamque illum Danubium, Taurumque montem, non illum Asiæ, sed proprium, id est Scythicum, per omnem Maotidis ambitum, ultraque Maotida per angustias Bospori usque ad Caucasum montem, amnemque Araxem, ac deinde in sinistram partem reflexa, post mare Caspium, quæ in extremis Asiæ finibus ab Oceano Euroboreo in modum fungi primum tenuis, post hæc latissima & rotunda forma exoritur, vergens ad Hunnos, Albanos, & Seres usque digreditur. Hæc inquam patria, id est Scythia, longè se tendens, lateque aperiens, habet ab oriente Seres, in ipso sui principio ad littus

DE REB. GETICIS. 15  
littus Cassij maris commanentes; ab occidente Germanos, & flumen Vistula; ab Arctoo, id est Septentrionali, circumdatur Oceano, à meridie Perside, Albania, Hibernia, Ponto, atque extremo alueo Histri, qui dicitur Danubius ab ostio suo usque ad fontem. In eo verò loci latere, quo Ponticum littus attingit, oppidis haud obscuris inuoluitur, Boristhenide, Olbia, Callipode, Chersone, Theodosia, Pareone, Mirmycione, & Trapezunte, quas indomita Scytharum nationes Græcos permiserunt condere, sibi et commercia præstaturos. In cuius Scythiæ medio est locus, qui Asiam Europamque ab alterutro diuidit, Riphæi scilicet montes, qui Tanaim vastissimum fundunt intransentem Maotida, cuius paludis circuitus passuum milia CXLIII, nusquam octo unis altius subsidentis. In qua Scythia prima ab occidente gens sedit Gepidarum, quæ magnis opinatisque ambitur fluminibus. Nam Tisianus per Aquilonem eius Corumque discurrit. Ab afri-

co uerò

co verò magnus ipse Danubius, ab Euro  
fluminis Tausis secat, qui rapidus ac verti-  
cosus in Histri fluenta furens deuoluitur.  
Introrsus illi Dacia est, ad coronæ speciem  
arduis alpibus emunita, iuxta quorum fini-  
strum latus, quod in Aquilonē vergit, &  
ab ortu Vistulæ fluminis per immensa spa-  
cia venit, Vinidarum natio populosa con-  
sedit. Quorum nomina licet nunc per va-  
rias familias & loca mutantur, principaliter  
tamen Sclauini & Antes nominantur.  
Sclauini à Ciuitate noua, & Sclauino Ru-  
mumense, & lacu qui appellatur Musia-  
nus, usque ad Danastrum, & in Bo-  
ream Viscla tenus commorantur. hi palu-  
des sylvas que pro ciuitatibus habent. An-  
tes verò, qui sunt eorum fortissimi, qui ad  
Ponticum mare curuantur, à Danastro  
extenduntur usque ad Danubium, qua  
flumina multis mäsionibus ab inuicem ab-  
sunt. Ad litus autem Oceani, vbi tribus  
faucibus fluenta Vistulæ fluminis ebibun-  
tur, Vidioarij resident, ex diuersis nationi-

bus

bus aggregati, post quos ripam Oceani Ite-  
mesti tenent, pacatum hominum genus om-  
nino. Quibus in austro adsedit gens Agar-  
ziorum fortissima, frugum ignara, que  
pecoribus & venationibus victitat. Ul-  
tra quos distenduntur supra mare Ponti-  
cum Bulgarorum sedes, quos notissimos  
peccatorum nostrorum mala fecere. Hinc  
iam Hunni quasi fortissimarum gentium  
fœcundissimus cœpes, in bifariam populo-  
rum rabiem pullularunt. Nam alij Aulzi-  
agri, alij Auiri nuncupantur, qui tamen se-  
des habent diuersas. Iuxta Chersonem  
Aulziagri, quò Asiæ bona avidus mercator  
importat, qui æstate campos peruagantur  
effusos, sedes habentes, prout armentorum  
inuitauerint pabula; hyeme supra mare  
Ponticum se referentes. Hunnigari autem  
hinc sunt noti, quia ab ipsis pellium muri-  
narum venit commercium: quos tantorum  
virorum formidauit audacia. Quorum  
mansionem primam esse in Scythiæ solo  
iuxta paludem Mæotidem, secundò in Mæ-

B

sia,

sia, Thraciaque, & Dacia, tertio supra  
 mare Ponticum, rursus in Scythia legimus  
 habitasse: nec eorum fabulas alicubi reperi-  
 mus scriptas, qui eos dicunt in Britannia,  
 vel in vna qualibet insularum in seruitu-  
 re redactos, & vnus caballi precio quon-  
 dam redemptos. Aut certè si quis eos aliter  
 dixerit in nostro orbe, quàm quod nos di-  
 ximus fuisse exortos, nobis aliquid obstre-  
 pit. nos enim potius lectioni credimus,  
 quàm fabulis anilibus consentimus. Ut er-  
 go ad nostrum propositum redeamus, in  
 prima parte Scythiæ, iuxta Maotidem,  
 commanentes præfati, vnde loquimur, Fi-  
 limer regem habuisse noscuntur. In secun-  
 do, id est, Daciæ, Thraciaque & Mœsiæ  
 solo Zamolxen, quem miræ philosophicæ  
 eruditionis fuisse testantur plerique scri-  
 ptores annalium. Nam & Zentam prius  
 habuerunt eruditum, post etiam Dice-  
 neum, tertium Zamolxen, de quo superius  
 diximus. Nec defuerunt, qui eos sapien-  
 tiam erudirent. Vnde & penè omnibus  
 barbaris

barbaris Gothi sapientiores semper extite-  
 runt, Græcis que penè consimiles, vt refert  
 Dio: qui historias eorum annalesq. Græco  
 stilo composuit. Qui dixit primùm Zarabos  
 Tereos, deinde vocitatos Pileatos hos, qui  
 inter eos generosi extabant: ex quibus eis  
 & reges, & sacerdotes ordinabantur.  
 Adeo ergo fuere laudati Getæ, vt dudum  
 Martem, quem poëtarum fallacia deum  
 belli pronunciat, apud eos fuisse dicant ex-  
 ortum. Vnde & Virgilius,

Graduumque patrem Geticis qui  
 præsidet aruis.

Quem Martem Gothi semper asperrima  
 placauere cultura. Nam victimæ eius mor-  
 tes fuere captorum, opinantes bellorum  
 præsulum aptius humani sanguinis effusio-  
 ne placandam. Huic prædæ primordius vo-  
 uebantur, huic truncis suspendebantur  
 exuuiæ. erat que illis religionis præter cate-  
 ros insinuatus affectus, quum parenti de-  
 uotio nominis videretur impendi. Tertia  
 verò sedes supra mare Ponticum. iam his-

maiores, & ut superius diximus, prudentiores effecti, diuisi per familias populi, Vefegothæ familiae Baltorum, Ostrogothæ præclaris Amalis seruibant. Quorum studium fuit primum, inter alias gentes vicinas, arcus intendere neruis, Lucano plus historico quam poeta testante.

Armeniosq. arcus Geticis intendere neruis.

Ante quos etiam cantu maiorum facta modulationibus citharisque canebant, Et hesperamara, Hanala, Fridigerni, Uuidicula, & aliorum, quorum in hac gente magna opinio est, quales vix heroas fuisse miranda iactat antiquitas. Tunc, ut fertur, Vefosis Scythis lachrymabile sibi potius intulit bellum, eis videlicet, quos Amazonum viros prisca tradit autoritas. De queis feminas bellatrices & Orosius in primo volumine professa voce testatur. Unde cum Gothis eum dimicasse euidenter probamus, quem cum Amazonum viris absolute pugnassee cognoscimus, qui tunc à Boristhene

anne,

anne, quem accolæ Danubium vocant, vsque ad Tanain fluium circa sinum paludis Maotidis considebant. Tanain verò hunc dico, qui ex Ripheis montibus deiectus ad eò præcepit ruit, ut quum vicina flumina, siue Maotis, vel Bosphorus gelu solidentur, solus annuum confragosus montibus vaporatus, nunquam Scythico durefcit algore. Hic inter Asiam Europamque terminus famosus habetur. Nam alter est ille, qui montibus Chirriorum oriens, in Caspium mare dilabitur. Danubius autem ortus grandi palude, quasi ex mari profunditur. Hic vsque ad medium sui dulcis est & potabilis, piscesque nimis saporis gignit, ossibus carentes, cartilaginem tantum habentes in corporis continentiam. Sed ubi fit Ponto vicinior, paruum fontem suscipit, cui ex Amphæo cognomen est, adeo amarum, ut cum sit XL dierum itinere nauigabilis, huius aquis exiguis immutetur, infectusque, ac dissimilis sui, inter Græcoppida Callipidas & Hispanis in mare de-

B 3      fluat.



fluat. Ad cuius ostia insula est in fronte,  
Achillis nomine. Inter hos terra vastissi-  
ma, siluis constata, paludibus dubia.

## CAP. VI.

Gothi Vefosim Ægyptiorum regem pro-  
fligant, & Asiam in reditu ex Ægypto  
subiugant. Item, De Parthorū origine.

**H**IC ergo Gothis morantibus, Ve-  
sosis Ægyptiorum rex in bellum  
irruit: quib. tunc Taunasis rex erat. Quo  
prælio ad Phasim fluvium, à quo Phasides  
aves exorta, in toto mundo epulis poten-  
tiam exuberant, Taunasis Gothorum rex  
Vesosi Ægyptiorum occurrit, eumque gra-  
viter debellans, in Ægyptum usque perse-  
cutus est: & nisi Nil amnes intransmea-  
bilis obstitissent fluenta, vel munitiones,  
quas dudum sibi ob incursionas Æthio-  
pum Vesosis fieri præcepisset, ibi in eius  
eum patria extinxisset. Sed dum eum sem-  
per ibi positum non valuisset ledere, re-  
uertens pene omnem Asiam subiugavit, &  
sibi

sibi tunc charo amico Sorno rege Medo-  
rum ad persolvendum tributum subditum  
fecit. Ex cuius exercitu victores tunc non-  
nulli provincias subditas continentis, &  
in omni fertilitate pollentes, deserto suo-  
rum agmine sponte in Asia partib. resede-  
runt. Ex quorum nomine vel genere Tro-  
gus Pompeius Parthorum dicit extitisse  
prosapiam. Unde etiam hodieque lingua  
Scythica fugaces, quod est Parthi, dicitur:  
suoque generi respondentes, inter om-  
nes penè Asia nationes soli sagittarij sunt,  
& acerrimi bellatores. De nomine verò,  
quod diximus eos Parthos, id est fugaces,  
ita aliquanti etymologiam traxerunt, ut  
dicerentur Parthi, quia suos refugere pa-  
rentes. Hunc ergo Taunasis regem Go-  
thorum mortuum inter numina sui populi  
coluerunt.



## CAP. VII.

Amazones absentibus in praelio maritis, hostium variis incurſibus resistunt, & diuersas Asia gentes bello superant.

**P**OST cuius decessum exercitu eius cum successore ipsius in aliis partibus expeditionem gerente, femina Gothorum à quadam vicina gente tentata, in prædandaque ducta à viris, fortiter restiterunt, hostesque super se venientes cum magna verecundia abegerunt. Qua parata victoria, fretaque maiori audacia, inuicem se cohortantes, arma arripiunt, eligentesque duas audaciores Lampeto & Marpesiam principatui subrogarunt. Quæ dum curam gerunt, ut propria defenderent, & aliena vastarent, sortitò Lampeto restitit, fines patrios tuendo: Marpesia verò seminarum agmine sumpto, nouum genus exercitus duxit in Asiam, diuersasque gentes bello superans, alios verò pace concilians, ad Caucasum venit: ibique certum

eum tempus demorans, loco nomen dedit, Saxum Marpesiæ. Unde Virgilius:

Ac si dura flex aut stet Marpesia  
cautes.

In eo loco ubi post hæc Alexander Magnus portas constituens, Pylæ Caspias nominauit: quòd nunc Lazorum gens custodit pro munitione Romana. Hic ergo certum temporis Amazones commanentes confortatae sunt. Unde egressæ, & Alym fluum, qui iuxta Garganum ciuitatem præterfluit, transcentes, Armeniam, Syriam, Ciliciamque, Galatiam, Pisidiam, omniaque Asia oppida, æqua felicitate domuerunt: Jonium, Aeoliamque conuersæ, deditas sibi prouincias effecerunt. Ubi diutius dominantes, etiam ciuitates castraque suo nomini dicauerunt. Ephesi quoque templum Dianæ ob sagittandi venandi que studium, quibus se artibus tradidissent, effusis opibus, miræ pulchritudinis condiderunt. Tali ergo Scythica gentis semine casu Asiae regno posita, per centum

penè annos tenuerunt, & sic demum ad proprias socias incautes Marpefias, quae superius diximus, repedarunt, in montem scilicet Caucasum. Cuius montis quia facta iterum mentio est, non ab re arbitror eius tractum, situmque describere, quando maximam partem orbis noscitur circumire iugo continuo. Caucasus ab Indico mari surgens, quae meridiem respicit, sole vaporatus ardescit. Quae septentrioni patet, rigentibus ventis est obnoxia & pruina. Mox in Syriam curuato angulo reflexus, licet annuum plurimos erumat, in Asianam tamen regionem Eufraatem Tigrinque nauigeros ad opinionem maximam perenniū fontium copiosus fundit uberibus. Qui amplexantes terras Assyriorum, Mesopotamiam & appellant faciunt, & videri, in sinum maris rubri fluenta deponentes. Tunc in Boream reuertens, Scythias terras, iugum antefatum magnis flexibus peruagatur: atque ibidem opimatissima flumina in Caspium mare profundens,

fundens, Araxem, Cyssum, & Cambysen continuato iugo ad Ripheos usque montes extenditur. Indeque Scythicus gentibus dorso suo terminum praebens, ad Pontum usque descendit: consertisque collibus, Histri quoque fluenta contingit, quo amnis scissus debiscens, in Scythia quoque Taurus vocatur. Talis ergo, tantusque, & penè omnium montium maximus, excelsas suas erigens summitates, naturali constructione praestat gentibus inexpugnanda munimina. Nam locatim recisus, quae dirupto iugo vallis liatus patescit, nunc Cassias portas, nunc Armenias, nunc Cilicas, vel secundum locum qualis fuerit, facit, vix tamen plauastro inaequalis, lateribus in altitudinem utrinque directis, qui pro gentium varietate diuerso vocabulo nuncupatur. Hunc enim Iamniū, mox Propansium Indus appellat: Parthus primum castra post Nisacem edicit. Syrus & Armenius Taurum, Scythae Caucasum ac Ripheum, iterumque in fine Taurum cognominant:

minant : aliaque complura gentes huic in-  
cedere vocabula. Et quia de eius continua-  
tione pauca libauimus, ad Amazones, vn-  
de diuertimus, redeamus.

## CAP. VIII.

De Amazonum cum vicinis gentibus  
concubitu, earumque partibus.

**V**ERITAE hæ, ne earum proles ra-  
resceret, à vicinis gentibus concu-  
bitum petierunt. facta nundina semel in  
anno, ita vt futuris temporibus eis deinde  
reuertentibus in idipsum, quicquid partus  
masculini edidisset, patri redderet: quicquid  
verò feminei sexus nasceretur, mater ad  
arma bellica erudiret. Siue, vt quibusdam  
placet, editis maribus, nouercali odio in-  
fantis miserandi fata rumpebant: ita apud  
illas detestabile puerperium erat, quod  
vbique constat esse votiuum. Quæ crude-  
litas illis terrorem magnum cumulabat,  
opinionem vulgata. Nam quæ, rogo, spes es-  
set capto, vbi ignosci vel filio nefas habeba-  
tur?

tar? Contra has, vt fertur, pugnabat Her-  
cules, & Melanes penè plus dolo quàm  
virtute subegit. Theseus verò Hippolytem  
in prædam tulit, de qua genuit & Hippo-  
lytum. Hæ quoque Amazones post hæc  
habuere reginam nomine Penthesileam,  
cuius Troiano bello extant clarissima docu-  
menta. Nam hæ femina vsque ad Alexan-  
drum Magnū referuntur tenuisse regnum.

## CAP. IX.

De viris Amazonum, & eorum rege Te-  
lepho. deque eius ortu & rebus gestis.

**S**ED ne dicas, de viris Gothorum  
sermo adsumptus, cur in feminis  
tamdiu perseueret: audi & virorum in-  
signem, & laudabilem fortitudinem. Dio  
historicus, & antiquitatum diligentissi-  
mus inquisitor, (qui) operi suo Getica ti-  
tulum dedit: quos Getas iam superiori lo-  
co Gothos esse probauimus, Orosio Paulo  
dicente: Hic Dio regem illis post tempora  
multa commemorat, nomine Telephum. Ne  
verò

Verò quis dicat hoc nomen à lingua Gothica omnino peregrinū esse; nemo est qui nesciat animaduerti. Usu pleraque nomina gentes amplecti, vt Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmata Germanorum, Gothi plerumque mutuauerunt. Is ergo Telephus Hercules filius, natus ex Auge sorore Priami, coniugio copulatus, procerus quidem corpore, sed plus rigore terribilis, paternam fortitudinem propriis virtutibus æquans, Hercules genio formæ quoq. similitudinem referebat. Huius itaque regnum Moesiā appellauere maiores. Quæ provincia ab oriente ostia fluminis Danubij, à meridie Macedoniam, ab occasu Histriam, à septentrione Danubium habet. Is ergo antefatus habuit bellum cum Danais, in qua pugna Thessandrum ducem Græciæ interemit: Et dum Aiacem infestus inuadit, Vlysemque persequitur, equo cadente, ipse corruit, Achillesque iaculo scemore sauciatus, diu mederi nequiuit. Græcos tamen quamuis iam saucius,

eius, è suis fimbis proturbauit. Telepho vero defuncto, Eurypilus filius successit in regno, ex Priami Phrygum regis germana progenitus. Qui ob Cassandra amorem bello interesse Troiand, ac parentibus socerisque ferre auxilium cupiens, mox vt venit extinctus est.

## CAP. X.

De variis Gothorū aduersus reges Persarum, & Macedonum bellis & victoriis.

CYRVS rex Persarum post græcæ interuallum, & penè post sexcentorum triginta annorum tempora, Pompeio Trogo testante, Getarum reginæ Thamiri sibi exitiale intulit bellum. Qui elatus ex Asiæ victoria, Getas nititur subiugare, in quibus (vt diximus) regnauerat Thamiris. Quæ cum ab Araxe amne Cyri arcere potuisset accessus, transire tamen permisit, eligens armis eum vincere, quàm locorum beneficio submouere. quod & factum est. Et veniente Cyro, prima cessit

cessit fortuna Parthis tanta; ut & filium  
 Thamiris, & plurimum exercitum truci-  
 darent: sed iterato Marte, Getæ cum sua  
 regina Parthos deuictos superant atque  
 prosternunt, opimamque prædam de eis au-  
 ferunt: ibique primum Gothorum gens se-  
 rica vident tentoria. Tunc Thamiris regi-  
 na acta victoria, tantaque præda de inimi-  
 cis potita, in partem Mæsiæ (quæ nunc ex  
 magna Scythia nomen mutuata, minor  
 Scythia est appellata) transiens, ibi in pon-  
 te Mæsiæ colitur, & Thamiris ciuitatem  
 suo de nomine edificauit. Dehinc Darius  
 rex Persarum Hystaspis filius, Antriregi-  
 ri regis Gothorum filiam in matrimonium  
 exposulauit, rogans pariter atque deter-  
 rens, nisi suam peragerent voluntatem.  
 Cuius affinitatem Gothi spernentes, lega-  
 tionem eius frustrarunt. Qui repulsus, fu-  
 rore flammatus est, & octoginta milia ar-  
 matorum contra ipsos produxit exercitum,  
 verecundiam suam malo publico vindica-  
 re contendens; nauibusque penè à Chalce-  
 donia

donia vsque ad Byzantium ad instar pon-  
 tium tabulatis aequè confertis, petit Thra-  
 ciam & Mæsiam; ponteque rursus in  
 Danubio pari modo constructo, duobus  
 mensibus crebris fatigatus intaphis octo  
 millia perdidit armorum, timensque ne  
 pons Danubij ab eius aduersarijs occupa-  
 retur, celeri fuga in Thraciam repedauit:  
 nec Mæsiæ solum credens sibi tutum fore  
 aliquantum remorandi. Post cuius decef-  
 sum iterum Xerxes filius eius paternas in-  
 iurias vlcisci se æstimans, cum suis ducen-  
 tis & auxiliatorum trecentis milibus ar-  
 matorum, rostratas naues habens mille  
 septingentas, & onerarias tria milia, su-  
 per Gothos profectus ad bellum, nec tenta-  
 tata re in conflictu præualuit, animositate  
 constantie superatus. Sic nanque ut ve-  
 nerat, absque aliquo certamine suo cum ru-  
 bore recessit. Philippus quoque pater Ale-  
 xandri magni cum Gothis amicitias copu-  
 lans, Medopam Gothile filiam regis acce-  
 pit uxorem, ut tali affinitate roboratus,  
 C Macedonum

Macedoniam regna firmaret. Qua tempe-  
 state, Dione historico dicente, Philippum  
 inopiam pecunie passus, Vdisitanam Ma-  
 sia civitatem instructis copiis vastare de-  
 liberat, qua tunc propter viciniam Thami-  
 ris, Gothis erat subiecta. Unde & sacer-  
 dotes Gothorum aliqui, illi qui Pij voca-  
 bantur, subito patefactis portis, cum ci-  
 tharis & Vestibus candidis obviam sum-  
 egressi, paternis diis, ut sibi propitij Ma-  
 cedones repellerent, voce supplici modu-  
 lantes. Quos Macedones sic fiducialiter si-  
 bi occurrere contuentes stupescunt, & si-  
 dici fas est, ab inermibus tenerentur arma-  
 ti. Nec mora, acie soluta, quam ad bellum  
 construxerunt, non tantum ab urbis exci-  
 dio removere, verum etiam & quos for-  
 fuerunt iure belli adepti reddiderunt, fu-  
 dereque inuito ad sua reuersi sunt. Quem  
 dolum post longum tempus reminiscen-  
 egregius Gothorum ductor Sitalcus, cu-  
 turorum milibus congregatis, Atheniensi-  
 bus intulit bellum, aduersus Perdiccam  
 Mace-

Macedoniae regem, quem Alexander apud  
 Babyloniam ministro insidiis potans inte-  
 ritum, Atheniensem principatum heredi-  
 tario iure reliquerat successorem. Magno  
 praelio cum hoc inuito, Gothi superiores in-  
 uenti sunt: & sic pro iniuria, quam illi in  
 Maesia dudum fecissent, isti in Graciam  
 discurrentes, cunctam Macedoniam va-  
 stauere.

## CAP. XI.

De Dicenci Boroista ad Gothos aduen-  
 tu, qui eos omnem philosophiam  
 docuit, deque eius summa apud Go-  
 thos autoritate. Item De Comosico  
 Dicenci successore.

**D**E HINC regnante in Gothis Si-  
 talco, Boroista Dicencius venit in  
 Gothiam, quo tempore Romanorum Sylla  
 potitus est principatu, quem Dicencius sus-  
 scipiens Boroista, dedit ei penè regiam po-  
 testatem: cuius consilio Gothi Germano-  
 rum terras (quas nunc Franci obtinent)



depopulati sunt. Caesar verò, qui sibi primus omnium Romanum vindicauit imperium, & penè omnem mundum suæ ditioni subegit, omniaque regna perdomuit, adeo ut extra nostrum orbem Oceani sinu repositas insulas occuparet, & qui nec nomen Romanorum auditu quidem nouerant, eos Romanis tributarios faceret. Gothos tamen crebro tentans nequiuit subigere. Gaius Tiberius iam tertius regnum Romanis, Gothi tamen suo regno incolomes perseuerant; quibus hoc erat salubre, aut commodum, aut votiuum, ut quicquid Dicenus eorum consiliarius precepisset, hoc modis omnibus expetendum, hoc utile iudicantes, effectui manciparent. Qui cernens eorum animos sibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingenium, omnem penè philosophiam eos instruxit. erat enim huius rei magister. Nam Ethicam eos erudit, ut barbaricos mores ab eis comperceret: Physicam tradens, naturaliter propriis legibus viuere fecit, quæ

vsque

vsque nunc conscriptas Bellagines nuncupant: Logicam instruens, eos rationis supra ceteras gentes fecit expertos: Præticen ostendens, in bonis actibus conuersari suavit: Theoricen demonstrans, signorum duodecim, & per ea planetarum cursus, omnemque astronomiam contemplari edocuit, & quomodo lunaris orbis augmentum sustinet, aut patitur detrimentum, edixit: solisque globus igneus quantum terrenum orbem in mensura excedat, ostendit: aut quibus nominibus, vel quibus signis in caeli polo vergentes, aut reuergentes CCCXLIII stella ab ortu in occasum præcipites ruant, exposuit. Qualis erat, rogo, voluntas, ut viri fortissimi quando ab armis quatrimum vsque vacassent, doctrinis philosophicis imbuebantur? Videres unum caeli positionem, alium herbarum frugumque explorare naturas; istum lunæ commoda incommodaque, illum solis laborem attendere, & quomodo rotatus caeli raptus, retro reduci ad partem occidentam,

C 3

duam,



duam, qui ad orientalem plagam ire festi-  
narit, ratione accepta quiescere. Et ac-  
alia multa. Dicentis Gothis sua periu-  
tradens, mirabilis apud eos inuenitur, rui  
non solum mediocribus, imò & regibus  
imperaret. Elegit namque ex eis tunc nobi-  
lissimos prudentiores viros, quos Theola-  
giam instruens, minima quadam & sa-  
cella venerari iussit; fecitque sacerdotes,  
nomen illis Pileatorum contradens, vi-  
reor, quia operis capitibus tiaris, quos pi-  
leos alio nomine nuncupamus, utabant: re-  
liquam verò gentem Capillatos dicere ius-  
sit, quod nomen Gothi pro magno susci-  
pientes, adhuc hodie suis cantionibus remi-  
niscuntur. Decedente verò Diceneo, pen-  
pari veneratio pedrabuere. Como sicum, qui  
nec impar erat solertia. Hic ceterum & rex  
illis, & pontifex ob suam peritiam habe-  
barur, & in sua iustitia populos iudicabat.

## CAP. XII.

De Corillo Gothorum rege. Item Descri-  
ptio Daciae antiquae. Item Descriptio  
Danubij.

**E**T hoc rebus excedente humanis,  
Corillus rex Gothorum in regnum  
conscendit, & per XL annos in Dacia suis  
gentibus imperavit. Daciam dico anti-  
quam, quam nunc Gepidarum populi possi-  
dere noscuntur. Quae patria in conspectu  
Moesiae trans Danubium, contra montium  
cingitur, duos tantum habens accessus,  
vnum per Bontas, alterum per Tabas.  
Hanc Gothicam, quam Daciam appellaue-  
re maiores, (quae nunc, ut diximus, Gepi-  
dia dicitur) tunc ab oriente Roxolan, ab  
occasu Tamazites, à septentrione Sarmatae  
& Bastarna, à Meridie amnis Danubij  
fluenta terminant. Tamazites à Roxola-  
nis alueo tantum fluyj segregantur. Sed  
quia Danubij mentio facta est, non ab re  
iudico pauca de tali amne egregia indicare.

Nam hic in Almannicis aruis exorians, la-  
habet à fonte suo flumina vsque ad ostia  
in Pontum vergentia, per mille ducento-  
rum passuum milia hinc inde suscipiens flu-  
mina in modum spinae, quae costas vt cra-  
tem intexunt. omnino amplissimus est, qui  
in lingua Bessorum Hister vocatur, ducen-  
tis tantum pedibus in altum aquam abui-  
habet profundam. Hic etenim amnis into-  
cetera flumina immanis, omnes superat,  
praeter Nilum. Haec de Danubio dixissi  
sufficiat. Ad propositum verò, vnde nos di-  
gressi sumus, adiuuante domino, redeamus.

## CAP. XIII.

De Dorpaneo Gothorum rege, & variis  
eorum contra Romanos (sub Domitia-  
no Imp. praeliis & victoriis.

**L**ONGVM post intervallum, Do-  
mitiano Imperatore regnante, eius  
avaritiam metuentes, foedus quod dudum  
cum aliis principibus pepigerant Gothi sol-  
uentes; ripam Danubij iam longè posses-  
sam

DE REB. GETICIS 41  
sam ab imperio Romano, deiectis militibus  
cum eorum ducibus vastauerunt, cui pro-  
vincia tunc post Agrippam Poppaeus prae-  
erat Sabinus. Gothis autem Dorpaneus  
principatum agebat, quando bello commis-  
so Gothi Romanis devictis, Poppaei Sabi-  
ni capite abscisso, multa castella & ciuita-  
tes invadentes de parte Imperatoris publi-  
cè depradarunt: qua necessitate suorum  
Domitianus cum omni virtute sua in Illy-  
ricum properavit, & totius penè reipubli-  
cae militibus ductore Fusco praefato cum  
electissimis viris amnem Danubium con-  
fertis navibus ad instar pontis transmeare  
coëgit, super exercitum Dorpanei. Tum  
Gothi haud segnes reperti, arma capeffunt,  
primoque armati conflictu, mox Roma-  
nos devincunt, Fuscoque duce extincto, di-  
vitiis de castris militum despoliant, ma-  
gnaque potiti per loca victoria, iam proce-  
res suos quasi qui fortuna vincebant, non  
puros homines, sed semideos, id est Anses  
vocavere. Quorum genealogiam vt pau-  
cis

cis percurram, ut quo quis parente genitus est, aut unde origo accepta, ubi finem efficit, absque iniuria qui legis vera dicentem auscultat.

## CAP. XIV.

Genealogia Procerum Gothorum, quos illi Anses, id est semideos vocabant. deque eorum origine & fine.

**H**ORVM ergo (ut ipsi suis fabulis ferunt) primus fuit Gapt, qui genuit Halmal, Halmal vero genuit Augia, Augia genuit eum, qui dicitur est Amala, à quo & origo Amalorum decurrit. Et Amala genuit Isarna, Isarna autem genuit Ostrogotha, Ostrogotha genuit Unilt, Unilt genuit Athal, Athal genuit Achius, Achius genuit Ansilam & Edulf, Vuldulf & Hermerich, Vuldulf vero genuit Valerianus, Valerianus autem genuit Vuimitharium, Vuimitharius quoque genuit Theodemir & Vualemir & Vuimithemir: Theodemir genuit Theodericum, Theode-

Theodericus genuit Amalafuentam, Amalafuenta genuit Athalaricum & Mathafuentam, de Vtherico viro suo, cuius affinitati generis sic ad eam coniunctus est. Nam supradictus Hermericus filius Achiusli genuit Hummundum, Hummundus autem genuit Thorismundum, Thorismundus vero genuit Berimund, Berimund genuit Vuidericum, Vuidericus genuit Eutharicum, qui coniunctus Amalafuenta genuit Athalaricum & Mathafuentam; mortuoque in puerilibus annis Athalarico, Mathafuenta Vuithis est sociatus, de quo non suscepit liberum, adductique simul à Belisario in Constantinopolim, & Vuithi rebus excedente humanis, Germanus patricius fratruelis domini Iustiniani Imperatoris eandem in coniugio sumens, patriciam ordinariam fecit, de qua filium genuit item Germanum nomine. Germano vero de functo ipsa vidua perseverare disponit. Qualiter autem, aut quomodo Amalorum regnum destruetum

Etum est, loco suo ( si dominus voluerit )  
 edocebimus. Nunc autem ad id, unde di-  
 gressum fecimus, redeamus, doceamus que  
 quando ordo gentis; unde agimus, cursu  
 sui metam expleuerit. Ablauius enim histo-  
 ricus refert, quia ibi super limbum Ponti,  
 vbi eos diximus in Scythia commanere,  
 pars eorum; qui orientalem plagam tene-  
 bant, eis que praeerat Ostrogotha ( incertum  
 utrum ab ipsius nomine, an à loco orien-  
 tali ) dicti sunt Ostrogothae, residui vero  
 Vesegothae in parte occidua. Et quidem iam  
 diximus, eos transito Danubio ali-  
 quantum temporis apud Maesiam, Thra-  
 ciamque vixisse.

## CAP. XV.

De Maximini Imp. è gente Gothica  
 orti mira fortitudine, & quopacto  
 ad Imperium peruenerit, fragmen-  
 tum sumtum ex Symmachii historia-  
 rum lib. v.

**E**x eorum reliquiis fuit & Maxi-  
 minus Imperator, post Alexan-  
 drum

drum Mammeae, vt dicit Symmachus in  
 quinto suae historiae libro. Alexandro, in-  
 quit, Casare mortuo, Maximinus ab exer-  
 citu factus est Imperator, ex infirmis pa-  
 rentibus in Thracia natus, à patre Gotha  
 nomine Mecca, matre Alana, quae Ababa  
 dicebatur. Is triennium regnans, dum in  
 Christianos arma commoueret, imperium  
 simul & vitam amisit. Nam hic Seuerus  
 Imperatore regnante, & natalem filij  
 diem celebrante, post primam aetatem &  
 rusticam vitam, de pascuis in militiam ve-  
 nit. Princeps Seuerus quidem militare s  
 dederat ludos; quod cernens Maximinus,  
 qui erat semibarbarus adolescens, positis  
 praemiis, barbarà lingua petit ab Imperato-  
 re, vt sibi luctandi cum militibus licentiam  
 daret. Seuerus admodum miratus magni-  
 tudinem formae. ( erat enim, vt fertur, sta-  
 tura eius procera ultra octo pedes ) iussit  
 eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne  
 quid à rudi homine militaribus viris ve-  
 niret iniuria. Tunc Maximinus sedecim  
 lixas

lixas tanta felicitate prostravit, ut vincendo singulos nullam sibi requiem inter capedine temporum daret. Hic captis premiis, iussus est in militiam mitti, primaque ei stipendia equestria fuere. Tertiam post diem, cum Imperator prodierat in campum, vidit eum exultantem more barbarico, iussitque tribuno ut eum coercitum ad Romanam imbueret disciplinam. Illi vero ubi de se intellexit principem loqui, accessit ad eum, equitantemque praere pedibus coepit. Tum Imperator equo adacti in cursum calcaribus incitatum, multos orbis huc atque illuc vsque ad suam fatigationem variis inflexibus interpedavit, et deinde ait illi: Numquid vis post cursum Thracisce luctari? respondit, Quantum libet, Imperator. Ita Severus ex equo desiliens recentissimos militum cum eodem certare iussit. At ille septem valentissimos milites ad terram elisit, ita ut antea nihil per intervalla respiraret. Solus à Casare et argenteis premiis, et auro torque donatus

tus

tus est, iussus deinde inter supatores degere corporis principalis. Post hac sub Antonino Caracalla ordines duxit, ac saepe famam factis extendens, inter plures militiae gradus centuriasque strenuitatis suae pretium tulit. Macrimo tamen postea in regnum ingressus, recusavit militiam penè triennium, tribunatusque habens honorem, nunquam se oculis obtulit Macrimo, indignum ducens eius imperium, quod perpetratum factum erat quaesitum ab Hellogabalo. Dehinc quasi ad Antonini filium revertens, tribunatum suum adit, et post hunc sub Alexandro Mammea contra Parthos mirabiliter dimicavit. Eoque Mogontia o militari tumultu occiso, ipse exercitus electione absque Senatus consultu effectus est imperator, qui cuncta bona sua in Christianorum persecutione malo votis sedavit, occisasque Aquileia à Pupione, regnum reliquit Philippo. Quod nos idcirco hinc opusculo de Symmachi historia mutuavimus, quatenus gentem, unde agimus, ad regni

Romani



Romani fastigium vsq. venisse doceamus. Caterum causa exigit vt ad id vnde digressi sumus redeamus.

## CAP. XVI.

Gothi antea Romanorū fœderati, ob distracta sibi stipendia hostes facti, Mœsiam Thraciamque vastant, ductu Ostrogothæ regis:

**N**AM gens ista mirum in modum in ea parte, qua versabatur, id est Ponti in littore Scythia soli innotuit, sine dubio tanta spacia tenens terrarum, tot sinus maris, tot fluminum cursus, sub cuius sæpè dextra Vandalus iacuit, stetit sub precio Marcomannus, Quadorum principes in seruitutem redacti sunt. Philippo namque antedicto regnante Romanis, qui solus ante Constantinum Christianus cum Philippo, id est filio fuit, cuius & secundo anno regni Roma millesimum annum expleuit, Gothi, vt assolet, distracta sibi stipendia sua ferentes agrè, de amicis facti

facti sunt inimici. Nam quamuis remoti sub regibus vincerent suis, Republicæ tamen Romanæ fœderati erant, & annua munera percipiebant. Quid multa? Transiens tunc Ostrogotha cum suis Danubium, Mœsiam Thraciamque vastauit. ad quem repellendum Decius senator à Philippo dirigitur; qui veniens dum genti nihil præualet, milites propios exemptos à militia fecit vita priuata degere, quasi eorum neglectu Gothi Danubium transissent, factaque vtputa in suis vindicta, ad Philippum reuertitur. Milites verò videntes, se esse post hos labores militia pulsos, indignati ad Ostrogothæ regis Gothorum auxilium confugerunt. Qui excipiens eos, eorumque verbis accensus, mox triginta milia virorum armata produxit ad prælium, adhibitis sibi Thaphilis & Astringis nonnullis. Sed & Carporum tria millia, genus hominum ad bella nimis expeditum, qui sæpe Romanis infesti sunt; quos tamen post hæc imperante Diocletiano, Galerius

D

Maximi-



Maximinus Cæsar de ciuitate Reipublica Romana subiecit. Is ergo habens Gothos & Peucenos, ab insula Peuce, quæ ostio Danubiÿ Ponto mergenti adiacet, Argaitum & Gunthericum nobilissimos suæ gentis præfecit ductores. Qui mox Danubium vadati, & secundo Mæsiam populati, Marcianopolim eiusdem patriæ urbem famosam metropolim aggrediuntur, diuq. obsessam, accepta pecunia ab his, qui inierant, reliquere. Et quia Marcianopolim nominauimus, libet aliqua de eius situ breuiter intimare. Nam hanc urbem Traianus Imperator hac re edificauit, ut fertur, eò quòd Marcia sororis suæ puella, dum lauauit in flumine illo, quod nimis limpeditatis saporisq. in media vrbe oritur, Potami cognomento, exindeq. uellet aquam haurire, casu uas aureum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere grauatum, & longè post emerfit, quod certè non erat uisitatum, aut uacuum sorberi, aut certè semel uoratum undis respuentibus

tibus renatare. His Traianus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam ciuitatem germanæ suæ in nomine Marcianopolim nominauit.

## CAP. XVII.

Fastida Gepidarum rex, Ostrogothæ Gothorum regi bellum infert, Gothi victores euadunt. Item de cognatione inter se Gothorum & Gepidarum.

**A**B hinc ergo, ut dicebamus, post longam obsidionem accepto præmio ditatus Geta, recessit ad patriam: quem Gepidarum cernens natio subito ubique uincentem, prædisq. ditatum, inuidia ductus, arma in parentes mouet. Quomodo uerò Geta Gepidæque sint parentes si queris, paucis absoluam. Meminisse debes, me initio de Scanzia insule gremio Gothos dixisse egressos cum Berich suo rege, tribus tantum nauibus uectos ad citerioris Oceani ripam, quarum trium una nauis, ut asso-

let, tardius uelata, nomen genti fertur dedisse. nam lingua eorum pigra Gepanta dicitur. Hinc factum est, ut paulatim & corruptè nomen eis ex conuicio nasceretur. Gepida nanque sine dubio ex Gothorum prosapia ducunt originem: sed quia, ut dixi, Gepanta pigrum aliquid tardumque signat, pro gratuito conuicio Gepidarum nomen exortum est, quod nec ipsum credo falsissimum. Sunt enim tardioris ingenij, grauiores corporum velocitate. Hi ergo Gepidae tacti inuidia, dudum spreta prouincia, commanebant in insula Visclæ amnis vadis circumacta, quam pro patrio sermone dicebant Gepidos. Nunc eam, ut fertur, insulam gens Viuidaria incolit, ipsis ad meliores terras meantibus. Qui Viuidarij ex diuersis nationibus ac si in unum asyllum collecti sunt, & gentem fecisse noscuntur. Ergo (ut dicebamus) Gepidarum rex Fastida, qui etiam gentem excitans patrios fines per arma dilatauit, Burgundiones penè usque ad interuencionem deleuit,

deleuit, aliasque nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoque male prouocans, consanguinitatis foedus prius importuna concertatione violauit: superbaque admodum elatione iactatus, crescenti populo dum terras cepit addere, incolas patrios reddidit rariores. Is ergo misit legatos ad Ostrogotham, cuius adhuc imperio tam Ostrogothæ quam Uesegothæ, id est eiusdem gentis populi, subiacebant, inclusum se montium queritans asperitate, siluarumque densitate constrictum, unum poscens è duobus, ut aut bellum sibi, aut locarum suorum spatia prępararet. Tunc Ostrogotha rex Gothorum (ut erat solidi animi) respōdit legatis, bellum se quidem tale horre-re, durumque fore & omnino scelestum armis confugere cum propinquis; loca uerò non cedere. Quid multa? Gepidae in bella irruunt, contra quos ne nimij iudicarentur mouit & Ostrogotha procinctum, conueniuntque ad oppidum Galtis, iuxta quod currit fluvius Auchæ, ibique magna

partium virtute certatum est; quippe quos in se & armorum, & pugnae similitudo commouerat. sed causa melior, & uixque ingenium inuicat. Gothos. inclinata denique parte Gepidarum, proelium non diremit. Tunc relicta suorum strage, Fastida rex Gepidarum properauit ad patriam, tam pudendis opprobriis humiliatus, quam fuerat elatione erectus. Redeunt victores Gotbi, Gepidarum discessione contenti, suaque in patria nostri in pace uersantur, usque dum eorum prauius existeret Ostrogotha.

## CAE. XVIII.

Cuius rex Gothorum post obitum Ostrogothae exercitum in Mœsiam ducit, & variis praeliis Romanos infestat. in quibus Decius cæditur.

**P**OST cuius decessum Crissa exercitum diuidens in duas partes, nonnullos ad vastandum Mœsiam dirigit, sciens eam negligentibus principibus defensoribus

defensoribus destitutam. Ipse uero cum septuaginta milibus ad Eustesium, id est Novas conscendit: unde à Gallo duce remotus, Nicopolim accedit, que iuxta Iatrum fluium est constituta notissima, quoniam demictis Sarmatis Traianus eam fabricauit, & appellauit Victoria ciuitatem: ubi Decio superueniente Imperatore, tandem Crissa in Harmonia partes, que non longè aberant, recessit: inde apparatus disposito Philippopolim ire festinans. Cuius secessum Decius Imperator cognoscens, & ipsius urbi ferre subsidium gestiens, iugo montis transacto, ad Berrœam uenit. Ibi que dum equos exercitumque lassum refoueret, ilicò Crissa cum Gotbis in modum fulminis ruit, vastatoque Romano exercitu, Imperatorem cum paucis qui fugere quæserant ad Thusciam rursus trans Alpes in Mœsiam proturbauit, ubi tunc Gallus dux limitis cum plurima manu bellantium morabatur, collectoque tam exinde quam de hoste exercitu, futuri belli re-

parat aciem. Cuius verò diu obsessam inuadit Philippopolim; prædaque potitus, Priscum ducem, qui inerat, sibi foederavit, quasi cum Decio pugnaturum. Venientesque ad conflictum, ilicò Decij filium sagitta saucium crudeli vulnere confodiunt. Quod pater animaduertens, licet ad confortandos animos militum dixisse fertur; Nemo tristetur, perditio vnus militis non est reipublicæ diminutio: tamen paternum affectum non ferens hostes inuadit, aut mortem aut ultionem filij exposcens, veniensque abrupto Mœsiae ciuitatem, circumseptus à Gothis & ipse extinguitur, imperij finem vitæque terminum faciens. Qui locus hodieque Decij ara dicitur, eò quòd ibi ante pugnam miserabiliter idolis immolaret.

CAP.

CAP. XIX.

Quo pacto Gallus & Volusianus foedus cum Gothis inierint; & Æmylianus Mœsiam infestavit.

**D**EFUNCTO tunc Decio, Gallus & Volusianus regno potiti sunt Romanorum, quando & pestilens morbus penè istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos nouem annos experti sumus, faciem totius orbis foedauit, supra modum quoque Alexandriam totiusque Ægypti loca deuastans, Dionysio historico super hanc cladem lachrymabiliter exponente, quam & noster conscripsit venerabilis martyr Christi episcopus Cyprianus in libro cuius titulus est de Mortalitate. Tunc & Æmylianus quidam, Gothis sæpe ob principum negligentiam Mœsiam deuastantibus, ut vidit licere, nec à quoquam sine magno reipublicæ dispendio remoueri, similiter suæ fortunæ arbitratus posse euenire; tyrannidem in Mœsiam arripuit, omni que manus militari ascita, cepit vrbes &

D 5

populos

populos deuastare. Contra quem intra paucos menses multitudo apparatus accrescens, non minimum incommodum reipublice parturiuit; qui tamen in ipso pæne nefario conatus sui initio extinctus, & vitam & imperium, quod inuadebat, amisit. Supradicti verò Gallus & Volusianus Imperatores, quamuis vix biennio in imperio perseuerantes, ab hac luce migrarint; tamen ipso biennio, quo affuere, vbi que pacati, vbi que regnauere gratiosi, præterquam quòd vnum eorum fortunæ reputatum est, id est generalis morbus: sed hoc ab imperitis & calumniatoribus, qui vitam solent aliorum dente maledico lacerare. Hi ergo mox vt imperium adepti sunt, fœdus cum gente Gothorum pepigere, & nec longo interuallo vtriusque regibus occumbentibus Gallienus arripuit principatum.

CAP.

CAP. XX.

Gothi regnante Gallieno in Asiam inuolant. Dianæ Ephesinæ templum incendunt. Chalcedoniam subuertunt. Troiam vastant. Thraciam infestant.

**H**OC in omni lasciuia resolutò, Respa & Veduco, Thuro Varoq. duces Gothorù sumptis nauibus Asiam transiere, fretù Helleponticum transuecti, vbi multis eius provincie ciuitatibus populatis, opinatissimù illud Ephesi Dianæ templum, quod dudum dixeramus Amazonas condidisse, igne succendunt: partibus Bityniæ delati, Chalcedoniam subuertère, quam post Cornelius Auitus aliqua parte reparauit. Quæ hodie que quamuis regie vrbis ciuitate congaudeat, signa tamen suarum ruinarum aliquanta ad indicia retinet posteritatis. Hac ergo felicitate Gothi qua intrauere partibus Asia præda spolioque potiti, Helleponticum fretum retrasmearant, vastantes in itinere suo Troiam Iliumque, quæ vix à bello illo Agamemmoniaco aliquantulum

quantulum respirantes, rursus hostili m-  
 crone deleta sunt. Post Asia ergo tale ex-  
 cidium, Thracia eorum experta est feru-  
 tem. Nam ibi ad radices Hami montis ma-  
 ri vicinam Anchialos ciuitatem aggressi  
 mox adeunt, urbem quam dudum Sarda-  
 napalus rex Parthorum inter lumbum ma-  
 ris & Hami radices locasset. Ibi enim mu-  
 nis feruntur mansisse diebus, calidarum  
 squarum delectati lacrimis, quae à quinto  
 decimo miliario Anchialitanæ ciuitatis sum-  
 sitæ, ab imo sui fontis igni scaturientes, &  
 inter reliqua totius mundi thermarum in-  
 numerabilium loca omnino præcipuè ad sa-  
 nitatem infirmorum efficacissimæ. Exinde  
 ergo ad proprias sedes regressi.

## CAP. XXI.

Maximianus Imp. Gothorum auxilio  
 maximas victorias de Parthis & Persis  
 reportauit. Constantinus etiam eorum  
 auxilio multa præclare gessit.

**P**OST hæc à Maximiano Impera-  
 tore ducuntur in auxilia Romano-  
 rum

rum contra Parthos rogati, ubi datis au-  
 xiliariis, fideliter decertati sunt. Sed post-  
 quam Cæsar Maximianus penè cum eo-  
 rum solatio Narsen regem Persarum Sa-  
 poris Magi nepotem fugasset, eiusq. om-  
 nes opes, simulque uxores & filios de-  
 pradasset, Achillemque in Alexandria cum  
 Diocletiano superasset, & Maximianus  
 Hercules in Africa Quinguentianos  
 adtriuisset, pacem reipublica nacti, cœpere  
 quasi Gothos negligere. Nam sine ipsis du-  
 dum contra quasuis gentes Romanus ex-  
 ercitus difficile decertatus est. Apparet  
 namque frequenter, quomodo inuitaban-  
 tur, sicut & sub Constantino rogati sunt,  
 & contra cognatum eius Licinium arma  
 tulere, eumque deuictum & in Thessalo-  
 nica clausum, priuatum imperio, Constans  
 victoris gladio trucidarunt. Nam &  
 dum famosissimam & Romæ æmulam in  
 suo nomine conderet ciuitatem, Gothorum  
 interfuit operatio, qui scedere inito cum  
 Imperatore, XL suorum millia illi in sola-



tia contra gentes varias obtulere; quorum  
 & numerus, & millia usque ad presentem  
 in republica nominantur, id est Fœderati.  
 Tunc etenim sub Ararici & Aorici regum  
 suorum florebat imperio. Post quorum  
 decessum successor regni extitit Geberich  
 virtutis & nobilitatis eximia.

## CAP. XXII.

Geberichus Gothorum rex Visumare  
 Wandalarum regi bellum infert, &  
 vincit. Pauci Wandali è clade superstiti  
 res Pannoniam à Constantino inhabi-  
 tandam petunt & obtinent.

**G**EBERICHVS Helderich patre na-  
 tus, avo Ouida, proavo Cniida,  
 gloriam generis sui factis illustribus ex-  
 equavit, primitias regni sui mox in Wan-  
 dalica gente extendere cupiens contra Vi-  
 sumar eorum regem Asdingorum è stirpe,  
 quæ inter eos eminent, genusque indicat bel-  
 licosissimum, Dexippo historico referenti,  
 qui eos ab Oceano ad nostrum limitem vix  
 in anni

in anni spatio pervenisse testatur præ ni-  
 mia terrarum immensitate. Quo tempore  
 erant in eo loco manentes, vbi Gepidæ se-  
 dent, iuxta flumina Marisia, Miliare, &  
 Gilfil, & Grissia, qui amnes supradictos  
 excedit. Erant nanque illis tunc ab orien-  
 te Gothi, ab occidente Marcomanni, à  
 septentrione Hermunduri, à meridie Hi-  
 ster, qui & Danubius dicitur. Hic ergo  
 Vuandalis commorantibus, bellum indi-  
 ctum est à Geberich rege Gothorum, ad  
 littus predicti amnis Marisia, vbi tunc  
 diu certatum est ex æquali. Sed mox ipse  
 rex Vuandalorum Visimar magna cum  
 parte gentis suæ prostermitur. Geberich  
 verò ductor Gothorum eximius superatis  
 depredatisque Vuandalis, ad propria loca  
 vnde exierat remeavit. Tunc perpauca  
 Vuandali qui euasissent, collecta imbel-  
 lium suorum manu, infortunatam patriam  
 relinquentes, Pannoniam sibi à Constan-  
 tino principe petiere, ibique per XL annos  
 plus minus sedibus locatis, Imperatorum  
 decretis

decretis vt incola famularunt. Vnde etiam post longum ab Stilicone magistro militum & exconsule ac patricio inuitati, Gallias occupauere, vbi finitimos depraedantes non adeo fixas sedes habuere.

## CAP. XXIII.

De Ermanarici regis Gothorum, qui Alexandro Magno ob multas gentes quas perdomuit comparatus fuit, in Erulos, Venetos & Æstrogotos expeditionibus & victoriis.

**G**OTHORVM rege Geberich rebus excedente humanis, post temporis aliquod Ermanaricus nobilissimus Amalorum in regno successit, qui multas & bellicosissimas Arcticas gētes perdomuit, suisque parere legibus fecit. Quem merito nonnulli Alexandro magno comparauere maiores. Habebat siquidem quos domuerat, Gothos, Scythas, Thuidos in Aunxis, Vasinabroncas, Merens, Mordensimnis, Caris, Rocas, Tadzans, Athual, Nauego, Begentas,

begentas, Coldas; & cum tantorum seruitio carus haberetur, non passus est nisi & gentem Erulorum quibus praeerat Alaricus magna ex parte trucidatam reliquam suam subigeret ditiori. Nam praedicta gens (Ablamio historico referente) iuxta Meotidas paludes habitans in locis stagnantibus, quas Graeci Ele vocant, Eruli nominati sunt gens quanto velocior, eo amplius superbissima. Nulla siquidem erat tunc gens, quae non leuem armaturam in acie sua ex ipsis elegerint. Sed quamuis velocitas eorum ab aliis saepe bellantibus non euacuaretur, Gothorum tamen stabilitati subiacuit & tarditati, fecitque causa fortunae, vt & ipsi inter reliquas gentes Getarum regi Ermanarico seruiuerint. Post Erulorum cadem idem Ermanaricus in Venetos arma commouit, qui quamuis armis disperiti, sed numerositate pollentes, primo resistere conabantur. Sed nihil valet multitudo in bello, praesertim vbi & multitudo armata aduenit. nam hi, vt

E initio

in initio expositionis, vel catalogo gentis dicere cœpimus, ab vna stirpe exorti, tria nunc nomina reddidere, id est Veneti, Antes, Sclavi: qui quamuis nunc ita facientibus peccatis nostris robique deserviunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperii seruiere. Æstorum quoque similiter nationem, qui longissima ripa Oceani Germanici insident, idem ipse prudentiæ virtute subegit, omnibusque Scythiæ & Germaniæ nationibus ac si propriis laboribus imperauit.

## CAP. XXIII.

De Hunnorum execranda origine: veneficarum scilicet cum immundis spiritibus congressu. Et de Hunnorum in Ostro-Gothos Scythicos expeditione: vbi & de immani & terribili Hunnorum vultu.

**P**OST autem non longi temporis interuallum, ut refert Orosius, Hunnorum gens omni ferocitate atrocior exarsit in Gothos. Nam hos, ut refert antiquitas, ita extitisse comperimus. Filimer

rex

rex Gothorum, & Gandarici magni filius; post egressum Scanzie insule iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum sua gente introisset, sicut à nobis dictum est, repperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Aliorummas is ipse cognominat, easque habens suspectas de medio sui proturbat, longeque ab exercitu suo fugatas in solitudinem coëgit terræ. Quas spiritus immundi per eremum vagantes dum vidissent, & earum se complexibus in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum edidere; quod fuit primum inter paludes minutum, tetrum atque exile, quasi hominum genus; nec alia voce notum, nisi que humani sermonis imaginem assignabat. Tali ergo Hunni stirpe creati, Gothorum finibus aduenere. Quorum natio sæua, ut Priscus historicus refert, in Meotide palude vltiorem ripam insedit, venatione tantum, nec alio labore experta, nisi quod postquam creuisset in populos,

E 2

fraudibus

fraudibus & rapinis vicinam gentem conturbavit. Huius ergo (vt assolent) venatores, dum in vltiori Maotidis ripa venationes inquirunt, animaduertunt quomodo ex improviso cerua se illis obtulit, ingressaque palude nunc progrediens, nunc subsistens, indicem se via tribuit. Quam secuti venatores, paludem Maotidem, quam imperuam vt pelagus existimabant, pedibus transiere. Mox quoque vt Scythica terra ignotis apparuit, cerua disparuit. Quod credo spiritus illi, vnde progeniem trahunt, ad Scytharum inuidiam egere. Illi vero, qui praeter Maotidem paludem alium mundum esse penitus ignorabant, admiratione inducti terrae Scythiae, & vt sunt solertes iter illud nulli ante hanc aetatem notissimum, diuinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei gestum edicunt, Scythiam laudant, persuasaque gente sua, via quam cerua indice didicere ad Scythiam properant, & quanto citiusque prius in ingressu Scytharum habuere,

DE REB. GETICIS 69  
 buere, litauere Victoria, reliquos perdomitos subegere. Nam mox ingentem illam paludem transiere, ilico Alipzuros, Alcidezuros, Itamaros, Tuncaffos, & Boiscos, qui ripa istius Scythiae insidebant, quasi quidam turba gentium rapuere. Alanos quoque pugna sibi pares, sed humanitatis victu formaque dissimiles, frequenti certamine fatigantes subiugauere. Nam & quos bello forsitan minimè superabant, vultus sui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate fugabant, eò quòd erat eis species pauenda nigredine, sed velut quadam (si dici fas est) deformis offa, non facies, habensque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam toruus prodit aspectus, qui etiam in pignora sua primo die nata desequiunt. Nam maribus ferro genas secant, vt antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt, & sine venustate ephēbi sunt, quia facies ferro sulcata, tempestiuam pilorum gra-

tiam per cicatrices absunit. Exigui quidem forma, sed arguti, motibus expediti, & ad equitandum promptissimi: scapulis latis, & ad arcus sagittasque parati: firmis ceruicibus, & in superbia semper erecti. Hi verò sub hominum figura viuunt beluina scuitia. Quod genus expeditissimum, multarumque nationum grassatorem Getæ ut viderunt, expauescunt: suoque cum rege deliberant qualiter se à tali hoste subducant. Nam Ermanaricus rex Gothorum, licet (ut superius retulimus) multarum gentium extiterit triumphator, de Hunnorum tamen aduentu dum cogitat, Roxolanorum gens insida, quæ tunc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum manciscitur occasione decipere. Dum enim quandam mulierem Sanielh nomine ex gente memorata, pro mariti fraudulento discessu, rex furore commotus, equis ferocibus illigatam, incitatis que cursibus, per diuersa diuelli præcepisset: fratres eius Sarus & Ammus germanæ obitum vindicantes,

cantes, Ermanarici latus ferro petierunt: quo vulnere saucius, egram vitam corporis imbecillitate contraxit. Quam aduersam eius valetudinem captans Balamir rex Hunnorum, in Ostrogothas mouit prociendum: à quorum societate iam Vesegothæ discessere, quam dudum inter se iuncti habebant. Inter hæc Ermanaricus tam vulneris dolorem, quam etiam incursiones Hunnorum non ferens, grandæuis & plenus dierum, centesimodecimo anno vitæ suæ defunctus est. Cuius mortis occasio dedit Hunnis præualere in Gothis illis, quos dixeramus orientali plaga sedere, & Ostrogothas nuncupari.



## CAP. XXV.

Vesegothæ Ostrogothis à Vandalis vicis à Valente Imp. Mœsiam habitandam appetunt & obtinent; & quum Christiani fieri cuperent, Valens vt Arianus, prædicatores Arianos ad eos mittit, & perfidia suæ veneno inficit.

**V**ESEGOTHAÆ, id est, alij eorum socij, & occidui soli cultores, metu parentum exterriti, quidnam de se propter gentem Hunnorum deliberarent, ambigebant, diuque cogitantes, tandem communito legatos ad Romaniam direxere, ad Valentem Imperatorem fratrem Valentiniani Imperatoris senioris, vt partem Thraciæ siue Mæsiæ si illis traderet ad colendum, eius legibus viuerent, eiusque imperiis subderentur. Et vt fides uberius illis haberetur, promittunt se, si doctores linguae suæ donauerit, fieri Christianos. Quo Valens comperto, mox gratulabundus annuit, quod vtrò petere voluisset; susceptosque in Mæsia partibus Getas quasi

quasi mirum regni sui contra ceteras gentes statuit. Et quia tunc Valens Imperator Arianorum perfidia saucius, nostrarum partium omnes ecclesias obturasset, suæ partis fautores ad illos dirigit predicatores, qui venientibus rudibus & ignaris, ilicò perfidia suæ virus defundunt. Sic quoque Vesegothæ à Valente Imperatore Ariani potius quàm Christiani esse et. De cætero tam Ostrogothis quàm Gepidis parentibus suis per affectionis gratiam euangelizantes, huius perfidia culturam edocentes, omnem vbique lingua huius nationem ad culturam huius sectæ inuitauere. Ipsi quoque (vt dictum est) Danubium transmeantes, Daciam Ripensem, Mæsiam, Thraciasque permissu principis insedere.



Vesegothi Romanorum subditi, ingenti fame pressi, & à ducibus Romanis pessimè habiti, sese in libertatem vendicant, & Thracias, Daciamque Ripensem occupant. Valens Imp. qui eos Arriana perfidia infici curarat, diuina vindicta ab ipsis comburitur.

**E**VENIT his vt adsolet gentibus necdū bene loco fundatis, penuria famis. Cœpere autem primates eorum & duces, qui regū vice illis præerant, id est Fridigerinus, Alatheus, & Safrach exercitus inopiam condolere, negotiationemque à Lupicino Maximoque Romanorum ducibus expetere. Verūm quid non auri sacra famēs compellit adquescere? Cœperunt duces (auaritia compellente) non solum omnium, bouūque carnes, verumetiam canum, & immundorum animalium morticina eis pro magno contradere: adeo, vt quodlibet mancipium in unum panem aut decem libras in vnam carnem mercarentur. Sed iam

iam mancipiis & supellectili deficientibus, filios eorum auarus mercator victus necessitate exposcit. Haud enim secus parentes faciunt, salutem suorum pignorum prouidentes, satius deliberant ingenuitatem perire, quàm vitam; dum misericorditer alendus quis venditur, quàm moriturus seruatur. Contigit enim illo sub tempore arummofo Lupicino & ductori Romanorum, vt Fridigerium Gothorum regulum ad conuiuium inuitaret, dolumque ei, vt post exitus docuit, moliretur. Sed Fridigerinus doli nescius, cum paucorum comitatu ad conuiuium veniens, dum intus in prætorio epulatus est, clamorem miserorum morientium audiret, iamque alia in parte socios eius reclusos, dum milites ducis sui iussu trucidare conarentur, & vox morientium duriter emissa iam susse Elis auri- bus intonaret; ilicò apertos ipsos dolos cognoscens Fridigerinus, euaginato gladio in conuiuio, non sine magna temeritate velocitateque egreditur, suosque socios ab im-  
minentibus

minentem morte ereptos ad necem Romanorum instigat. Qui nacta occasione votiu elegerunt viri fortissimi in bello magis quam in fame deficere, & ilico in ducum Lupicini & Maximi armantur occisionem. Illa namque dies Gothorum famem, Romanorumque securitatem ademit: ceperuntque Gothi iam non vt aduena & peregrini, sed vt ciues & domini possessoribus imperare, totasque partes septentrionales usque ad Danubium suo iure tenere. Quod comperiens in Antiochia Valens imperator, mox armato exercitu, in Thraciarum partes digreditur; vbi lachrymabili bello commisso, vincentibus Gothis, in quodam prædio iuxta Hadrianopolim saucius ipse refugiens, ignorantibus quoque quod imperator in tam vili casula delitesceret Gothis, igneque (vt assolet) sciente ab inimico supposito, cum regali pompa crematus est, haud secus quam dei prorsus iudicio, vt ab ipsis igne combureretur, quos ipse veram fidem petentes in perfidiam declinasset,

declinasset, & ignem charitatis ad gehennam ignem detorsisset. Quo tempore Vefegothæ Thracias Daciamque Ripensem post tanti gloriam trophæi, tanquam solo genitali potiti, ceperunt incolere.

## CAP. XXVII.

Vefegothæ Theodosio Imp. eis interneccionem moliente, eo ægrotate ad Theffaliam Epiros & Achaiam & Pannoniam prædandas digrediuntur. Gratianus Imp. fœdus cum iis init, quod & Theodosius sanxit.

**S**ED Theodosium ab Hispania Gratianus imperator electum in orientali principatu loco Valentis patru subrogat, militarique disciplina mox in meliori statu reposita, ignauiam priorum principum & desidiam exclusam Gothus vt sensit, pertimuit. Nam imperator acri omnino ingenio, virtuteque & consilio clarus, cum præceptorum seueritate, & liberalitate, blandicieque sua remissum exercitum ad fortia

fortia prouocaret. At verò vbi milites  
 principe meliore mutato fiduciam accepe-  
 runt, Gothos impetere tentant, eosque  
 Thracia finibus pellunt: sed Theodosio  
 principe panè tunc vsque ad desperatio-  
 nem egrotante, datur iterum Gothis au-  
 dacia, diuiso que exercitu, Fridigernus ad  
 Thessaliam prædandam, Epiros, &  
 Achaiam digressus est: Alathetus verò  
 & Safrach cum residuis copiis Paro-  
 niam petierunt. Quod quum Grati-  
 anus imperator, qui tunc Romæ in Gal-  
 lias ob incursionem Vuandalorum reces-  
 serat, comperisset; quia Theodosio fatali  
 desperatione succumbenti, Gothi magis  
 scirent, mox ad eos collecto venit ex-  
 ercitu, nec tamen fretus in armis, sed  
 gratia eos muneribusque victurus, pa-  
 cemque & vidualia illis concedens, cum  
 ipsis inuito fœdere fecit. Vbi verò post hæc  
 Theodosius conualuit imperator, reperit-  
 que Gratianum cum Gothis & Roma-  
 nis pepegisse fœdus, quod ipse optauerat,  
 admo-

admodum grato animo ferens, & ipse in  
 hac pace consistit.

## CAP. XXVIII.

Atanaricus Vefegothorum rex, Fridigerni  
 successor, à Theodosio Imp. Constanti-  
 nopolim euocatus, magnis honoribus  
 ab eo afficitur, ibique moritur. vbi &  
 de Fœderatis, & de Theodosij aduer-  
 sus Eugenium tyrannum, qui Gallias  
 occuparat, auxilio Vifegothorum vi-  
 ctoria.

**A**TANARICVM quoque regem,  
 qui tunc Fridigerno successerat,  
 datis sibi muneribus sociavit moribus suis  
 benignissimis, & ad se eum in Constanti-  
 nopolim accedere inuitauit. Qui omnino li-  
 benter acquiescens, regiam vrbe[m] ingres-  
 sus est, miransque: En, inquit, cerno quod  
 sepe incredulus audiebam, famam videli-  
 cet tantæ vrbis: & huc illuc oculos vol-  
 uens, nunc situm vrbis, commeatumque  
 nauium, nunc mcenia clara prospicitans mi-  
 ratur, populosque diuersarum gentium  
 quasi

quasi fonte in uno, è diuersis partibus scaturiente vnda, sic quoque militem ordinatum aspiciens; Deus, inquit, sine dubio terrenus est Imperator, & quisquis aduersus eum manum mouerit, ipse sui sanguinis reus existit. In tali ergo admiratione, maioreque à principe honore suffultus; paucis mensibus interiectis ab hac luce migravit. Quem princeps affectionis gratia penè plus mortuum quam viuum honorans, dignè tradidit sepulturæ; ipse quoque in exequiis feretro eius præciens. Defuncto ergo Atanarico, cunctus exercitus in seruitio Theodosii imperatoris perdurans, Romano se imperio subdens, cum milite velut vñ corpus efficit, milliaq. illa dudum sub Constantino principe fœderatorum renouata, & ipsi dicti sunt Fœderati. E quibus Imperator contra Eugenium tyrannum, qui occiso Gratiano Gallias occupasset, plus quàm xx millia armatorum fideles sibi & amicos intelligens secum duxit, victoriaq. de prædicto tyranno potitus, vltionem exegit.

CAP.

## CAP. XXIX.

Vesogothæ subtractis sibi à Theodosij filiis consuetis donis, pertæsi otij, Alaricum sibi regem eligunt, & Italiam inuadunt.

**P**OSTQVAM verò Theodosius amator pacis generisque Gothorum rebus excessit humanis; coeperunt eius filij vtramque Rempub. luxuriosè viuentes admirabile, auxiliariisque suis id est Gothis consuetam dona subtrahere. Mox Gothis fastidium eorum increuit, verentesque ne longa pace eorum resolveretur fortitudo, ordinant super se regem Alaricum, cui erat post Amalos secunda nobilitas, Baltharumq. ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis Baltha id est audax nomen inter suos acceperat. Mox ut ergo antefatus Alaricus creatus est rex, cum suis deliberans suasisit suo labore querere regna, quàm alienis per ocium subiacere: & sumpto exercitu, per Pannorias, Stilicone & Aureliano consulibus, & per

F Firmum

Firmum dextro latere quasi viris vacuum  
 intrauit Italiam. Nullo penitus obistente  
 ad pontem applicuit Condiniani, qui tertio  
 militario ab Urbe erat regia Rauennate.  
 Quae Urbs inter paludes, & pelagus, in-  
 terque Padi fluentia vni tantum patet ac-  
 cessui, cuius dudum (ut tradunt maiores)  
 possessores Eneti id est laudabiles diceban-  
 tur. Haec in sinu regni Romani super mare  
 Fonium constituta, in modum influentium  
 aquarum redundatione concluditur. Habet  
 ab oriente mare, ad quod qui recto cursu  
 de Corcyra atq. Helladis partibus nauigat  
 dextrum latus primum Epirum, dein Dal-  
 matiam, Liburniam, Histriamque; & sic  
 Venetias radens palmyla nauigat. Ab occi-  
 dente verò habet paludes, per quas uno  
 angustissimo introitu ut porta relicta est.  
 A septentrionali quoque plaga ramus illi  
 ex Pado est, qui Fossa vocatur Asconis.  
 A meridie idem ipse Padus, quem solum  
 flumium regem dicunt, cognomento Eri-  
 danus, ab Augusto imperatore altissima  
 fossa

fossa demissus, qui septima sui aluei parte  
 mediam influit civitatem, ad ostia sua  
 amoenissimum portum praebens, classem  
 CCL nauium, Dione referente, tutissima  
 dudum credebatur recipere statione. Qui  
 nunc, ut Fabius ait, quod aliquando por-  
 tus fuerat, spacioissimos hortos ostendit,  
 arboribus plenos: verum de quibus non  
 pendeant vela, sed pomae. Tiro siquidem  
 vrbs ipsa vocabulo gloriatur, trigemina-  
 que positione exultat, id est, prima Rave-  
 na, vltima Classis, media Casarea, inter  
 urbem & mare, plena mollicie, arenaque  
 munita; vegetationibus apta.

## CAP. XXX.

Alaricus Stiliconem Gothos inopinato  
 bello adorsum, caedit; Italiã vastat, Ro-  
 inam spoliat. Inde, in Africam cogitans  
 cum spoliis moritur. Vesegothæ Alari-  
 cum in alueo fluminis Busentini mira-  
 ratione sepeliunt.

**V**ERVM enimvero quum in eã ciuita-  
 te Vesegotharum applicuisset exer-



citus, & ad Honorij imperatorem (qui in-  
tus residebat) legatione misisset, quatenus si  
permitteret, ut Gothi pacati in Italia resi-  
derent, sic eos cum Romanorum populo vi-  
uere, ut una gens utraque credi possit: sin-  
autem aliter, bellando quis quem valeret  
expelleret; etiam securus qui victor existe-  
ret imperaret. Honorius imp. utramque  
pollicitationem formidans, suoque cum se-  
natus inuito consilio, quomodo eos extra fines  
Italos expelleret, deliberabat. Cui ad po-  
stremum sententia sedit, quatenus provin-  
cias longè positas, id est Gallias Hispanias-  
que, quas iam penè perdidisset, & Gize-  
richi eas Vandalorum regis vastaret ir-  
ruptio; si Valeret Alaricus sua cum gente  
sibi tanquam lares proprios vendicaret,  
donatione sacro oraculo confirmata. Con-  
sentiunt Gothi, hac ordinatione, & ad  
traditam sibi patriam proficiscuntur. Post  
quorum discessum nec quicquam mali in  
Italia perpetratum, Stilico patricius & so-  
cer Honorij imperatoris, (nam utramque

eius

eius filiam, id est Mariam & Ermantiam  
quas sibi princeps vnam post vnam socia-  
uit, utramque virginem & intactam deus  
ab hac luce migrare præcepit) hic ergo Sti-  
lico ad Polentiam civitatem in alpibus Coc-  
ciis locatam dolosè accedens, nihilque mali  
suspicantibus Gothis, ad necem totius Ita-  
lie suamque deformitatem ruit in bellum.  
Quem ex improvviso Gothi cernentes, pri-  
mò perterriti sunt, sed mox recollectis ani-  
mis, & (ut solebant) hortatibus excitati,  
omnem penè exercitum Stilicis in fugam  
conuersam, usque ad interneccionem dei-  
ciunt, furibundoque animo arreptum iter  
deserunt, & in Liguriam post se, unde  
iam transierant, reuertuntur, eiusque præ-  
dis spoliisque potiti, Æmyliam pari tenore  
deuastant, Flaminiæque aggerem inter Pi-  
cenum & Tusciam, usque ad urbem Ro-  
mam discurrentes, quicquid inter vtrum-  
que latus fuit in prædam diripiunt, ad po-  
stremum Romam ingressi, Alarico iubente  
spoliant tantum: non autem, ut solent gen-

F 3

res,



tes, ignem supponunt, nec locis sanctorum  
in aliquo penitus iniuriam irrogari patien-  
tur. Exindeque egressi, per Campaniam &  
Lucaniam simili clade peracta, Brutios ac-  
cesserunt: ubi diu residentes, ad Siciliam,  
exinde ad Africam transire deliberant.  
Brutiorum siquidem regio in extremis Ita-  
liæ sinibus interiacens, parte angulorum  
eius Apennini montis initium facit, Adria-  
que pelagus ut lingua porrecta à Tyrreno  
æstu se iungens, nomen quondam à Brutia  
fortitur regina. Ibi ergo veniens Alaricus  
rex Vefegotharum, cum opibus totius Ita-  
liæ quas in præda diripuerat, exinde (ut  
dicta est) per Siciliam in Africam quietam  
patriam transire disponit. Cuius, quia non  
est liberum quodcumque homo fore vultu  
dei disposuerit, fretum illud horribile ali-  
quantas vias submersit, plurimas con-  
turbavit. Quia aduersitate repulsus Alari-  
cus dum secum quid ageret deliberaret;  
sibus immatura morte præuectus rebus  
excessit humana. Quam nimia dilectione  
lugentes,

lugentes, Barentinum amnem iuxta Con-  
sentinam ciuitatem de alueo suo deriuant.  
Nam hic fluiuis à pede montis iuxta Ur-  
bem dilapsus, fluit vnda salutifera. Huius  
ergo in medio alueo collecto captiuorum  
agmine sepultura locum effodiunt, in cuius  
fouea gremio Alaricum cum multis opibus  
abruunt, rursusque aquas in suum alueum  
reducentes, ne à quoquam quandoque lo-  
cus cognosceretur, fossore omnes intere-  
merunt.

## CAP. XXXI.

Athaulphus Alarici successor Italiam spo-  
liat. Placidiam Theodosij Imp. ger-  
manam vxorem ducit. Ex Italia in Gal-  
lias, ad exigendos inde Wandalos &  
Alanos transit. Inde in Hispaniam. ibi  
interficitur. Item Regericus III. Vefe-  
gotharum rex interficitur.

**M**ORTUO Alarico Vefegotha,  
Athaulfo eius consanguineo &  
forma & mente conspicuo tradunt. Nam  
erat quamuis non adeo proceritate staturæ  
F 4 forma

formatus, quantum pulchritudine corporis vultuque decorus. Qui suscepto regno reuertens item ad Romam, si quid primum remanserat, more locustarum erasit: nec tantum priuatis diuitiis Italiam spoliavit, imò & publicis, imperatore Honorio nihil resistere preualente, cuius & germaniam Placidiam, Theodosii Imperatoris ex altera uxore filiam, urbe captiuam abduxit. Quam tamen ob generis nobilitatem, formaque pulchritudinem, & integritatem castitatis attendens, in Foroluij Amylia ciuitate suo matrimonio copulauit, vt gentes, hac societate comperta, quasi adunata Gothis Republica efficacius terrerentur, Honoriumque Augustum quamuis opibus exbauetum, tamen quasi cognatum grato animo derelinquens, Gallias tenuit: ubi cum aduenisset, vicina gentes perterrita, in suis se finibus ceperunt continere, que dudum crudeliter Gallias infestassent, tam Franci, quam Burgundiones. Nam Vandalis & Alanis, quos supra diximus, permissis

missu principum Romanorum vtraque Pannonia resedere, nec ibi sibi ob metum Gothorum arbitantes tutum fore, si reuerterentur, ad Gallias transiere. Sed mox à Gallis, quas ante non multum tempus occupassent, fugientes, Hispania se reclusere, adhuc memores ex relatione maiorum suorum, quid dudum Geberich rex Gothorum genti sua prestitisset incommodi, vel quomodo eos virtute sua patria solo expulisset. Tali ergo casu Gallie Athaulfo patuere venienti. Confirmato ergo Gothis regno in Gallis, Hispanorum casu cepit dolere, eosque deliberans à Vandalorum incurfibus eripere, per suas opes Barcionam cum certis fidelibus delectis plebeque imbelli, interiores Hispanias introiuit, ubi sepe cum Vandalis decertans, tertio anno postquam Gallias Hispaniasque domisset occubuit; gladio illo perforato Vernulfi, de cuius solitus erat ride-re statura. Post cuius mortem Regericus rex constituitur. sed & ipse suo

rum fraude peremptus, ocys vitam cum regno reliquit.

CAP. XXXII.

Valia III. Vefegoth. rex pace cum Honorio Imp. inita, Placidiam Romanis reddit. Item, de Constantino, Constante, Iouino & Sebastiano Gallia: inuasoribus.

**D**EHINC iam quartus ab Alarico rex constituitur Valia, nimis restrictus & prudens: contra quem Honorius Imperator Constantinum virum industria militari polentem multisque praeliis gloriosum cum exercitu dirigit, veritus ne foedus dudum cum Athaulfo initum ipse turbaret, & aliquas rursus in Republica insidias moliretur, vicinis sibi gentibus repulsis, simulque desiderans germanam suam Placidiam subiectionis opprobrio liberare, paciscens cum Constantino, ut aut bello, aut pace, vel quoquo modo si campotississet, ad suum regnum reuocaret, eique

eam

eam in matrimonium sociaret. Quo placito Constantinus ouans cum copia armorum, & penè iam regio apparatu Hispanias petit. Cui Valia rex Gothorum non minori procinctu ad claustra Pirenei occurrat: ubi ab utraque parte legatione directa, ita conuenit pacisci, ut Placidiam sororem principis redderet, suaque solatia Romanae reipublicae, ubi usus exigeret, non denegaret. Eo namque tempore Constantinus quidam apud Gallias inuasens imperium, filium suum Constantem ex monacho fecerat (caesarem, sed non diu tenens regnum praesumptum, mox foederatis Gothicis Romanisque, ipse occiditur Arelati, filius verò eius Viennae. Post quos item Iouinus ac Sebastianus pari temeritate Rempub. occupandam existimantes, pari exitio periere. Nam duodecimo anno regni Valia, quando & Hunni post penè quinquaginta annos inuasa Pannonia à Romanis & Gothicis expulsi sunt, videns Valia Vandalos in suis finibus, id est Hispaniae

sola,

solo, audaci temeritate ab interioribus partibus Gallie ( ubi eos fugauerat dudum Ashaulfus ) egressos cuncta in praeclis vastare, eo tempore quo Hierius & Ardaburius consules extitissent ; nec mora , mox contra eos mouit exercitum.

## CAP. XXXIII.

De Wandalorum regum serie in Africa per annos fere centum. vtq. Belisarius de Gilimere Constantinopolim adducto triumpharit, & Africa rursus Imperio Romano adiecta fuerit. Item de Valia morte.

**S**ED Gizericus rex Vuandalorum iam à Bonifacio in Africam inuitatur, qui Valentiniانو principi veniens in offensam, non aliter quam se malo Reipub. potuit vindicare. Is ergo suis precibus eos inuitans, per tractum angustum, quod dicitur fretum Gaditanum, & vix septem millibus Africam ab Hispaniis diuidit, ostioq. maris Fyrrhemi Oceani aestum egerit, transposuit. Erat nanque Gizericus iam

iam Romanorum clade in urbe notissimus, statura mediocris, & equi casu claudicans ; animo profundus, sermone rarus, luxurie contemptor, ira turbidus, habendi cupidus, ad sollicitandas gentes providentissimus, semina contentionum iacere, odia miscere paratus. Talis Africa Rempub. precibus Bonifacii, vt diximus, inuitatus intravit, vbi ad diuinitatem ( vt fertur ) accepta autoritate diu regnans, ante obitum suum filiorum agmen accitum ordinauit ; ne inter ipsos de regni ambitione esset dissensio ; sed ordine quisque & gradu suo, qui alius superuiveret, id est, seniori suo fieret sequens successor, & rursus ei posterior eius. Quod obseruantes per annorum multorum spatia, regnum feliciter possedere, nec, quod in reliquis getibus adsolet, intestino bello foedati sunt, suoque ordine vnus post vnum suscipiens regnum, in pace populis imperarunt. Quorum ordo iste ac successio fuit. Primum Gizericus, qui pater & dominus, sequens Plummeri-

cus, tertius Gundamundus, quartus  
 Transamundus, quintus Hilderich. Quo;  
 malo gentis suae, Gelimer, immemor atavi  
 praeceptorum, de regno cieceto & interem-  
 pto, tyrannidem praesumpsit. sed non ci-  
 cessit impunè quod fecerat. Nam Justinia-  
 ni Imperatoris ultio in eo apparuit, &  
 cum omni genere suo, opibusque quibus  
 more praedonis incubabat, Constantinopo-  
 lim delatus per virum gloriosissimum Be-  
 lisarium, magistrum militum orientalem,  
 & consulem ordinarium atque patricium,  
 magnum in Circo populo spectaculum fuit;  
 seramque sui paenitentiam gerens, quum  
 se videret de fastigio regali deiectum, pri-  
 vatae vitae, cui noluit famulari, redactus  
 occubuit. Sic Africa, quae in divisione orbis  
 terrarum tertia pars mundi describitur,  
 centesimo ferè anno Vandalico iugo erepta  
 in libertatem reuocata est regni Romani:  
 & quam dudum ignavis dominis, ducibus  
 infidelibus, à Reip. Romanae corpore gen-  
 tilis manus abstulerat, solerti domino &  
 fideli

fideli ductore tunc reuocata, hodieque con-  
 gaudet. Quauis & post haec aliquantum  
 intestino praelio, Maurorumque infideli-  
 tate adtritâ se lamentauerit, tamen trium-  
 phus Iustiniani Imperatoris à deo sibi do-  
 natus, quod inchoauerat ad finem usque  
 perduxit. Sed nobis quid opus est unde  
 res non exigit dicere? Ad propositum re-  
 deamus. Valia siquidem rex Gothorum  
 adeo cum suis in Vandalos saeuebat, ut  
 voluisset eos etiam in Africa persequi, nisi  
 eum casus, qui dudum Alarico ad Africam  
 tendenti contigerat, reuocasset. Nobilita-  
 tus namque intra Hispanias, incruentaque  
 victoria potitus, Tolosam reuertitur; Ro-  
 mano imperio fugatis hostibus, aliquantas  
 provincias (quod promiserat) derelinquens,  
 sibi que aduersa post longum valetudine  
 superueniente, rebus humanis excessit, eo  
 videlicet tempore, quo Berimundus Toris-  
 mundo patre genitus, de quo in catalogo  
 Annalorum familiae superius diximus, cum  
 filio Vuitricho ab Ostrogothis, qui adhuc



in Scythiæ terra Hunnorum oppressioni-  
bus subiacebant, ad Vefogothorum regnum  
migravit. Consciens enim erat virtutis &  
generis nobilitatis; facilius sibi credens  
principatum à parentibus deferri, quem  
heredem regum constabat esse multorum.

Quis nanque de Amalo dubitaret, si vacas-  
set eligere? sed nec ipse adeo voluit quis  
esset ostendere. Et illi iam post mortem  
Valiæ Theodericum ei dedere successorem,  
ad quem veniens Berimund, animi pon-  
dere quo valebat eximiam generis sui am-  
plitudinem commoda taciturnitate sup-  
pressit, sciens regnantibus semper de regali  
stirpe genitos esse suspectos. Passus est ergo  
ignorari, ne faceret ordinanda confundi.  
Susceptusque est cum filio suo à rege Theo-  
derico honorifice nimis, adeo ut nec consi-  
lio suo expertem, nec conuiuio faceret alie-  
num; non tantum pro generis nobilitate,  
quam ignorabat, sed pro animi fortitudine  
& robore gentis, quam non poterat oc-  
cultare.

CAP.

## CAP. XXXIIII.

Theodericus v. Vefogothorum rex. In  
hunc Romani cum auxiliariis Hun-  
nis rupta pace exercitum ducunt. Fœ-  
dera firmantur. Attila pacatur. Item  
de Attilæ aula.

**D**EFUNCTO Valia, ut superius  
quod diximus repetamus, qui pa-  
rum fuerat felix Gallis, prosperrimus feli-  
ciorque Theodericus successit in regno, ho-  
mo summa moderatione compositus, animi  
corporisque virilitate abundans. Contra  
quem Theodosio & Festo consulibus, pa-  
ce rupta Romani Hunnis auxiliariis se-  
cum iunctis, in Gallias arma mouerunt.  
Turbauerat nanque eos Gothorum fœde-  
ratorum manus, quæ cum Cama comite  
Constantinopolim se fœderasset. Aëtius er-  
go patricius tunc præerat militibus, fortis-  
simorum Mæsiarum stirpe progenitus, in  
Dorostena ciuitate, à patre Gaudentio,  
labores bellicos tolerans, Reipub. Romanæ  
singulariter natus, qui superbiam Sueno-  
rum,

G

rum,



rum, Francorumque barbariem immensis  
 cadibus seruire Romano imperio coëgisset.  
 Hunnis quoque auxiliariis Litorio ductan-  
 te, contra Gothos Romanus exercitus mo-  
 uit procinctum, diuque ex utraque parte  
 acie ordinata, quum utriusque fortes; &  
 neuter firmior esset, datis dextris, in pristi-  
 nam concordiam redierunt, foedereque fir-  
 mato, ab alterutro fida pace peracta, recessit  
 uterque. Qua pacatur Attila Hunno-  
 rum omnium dominus, & penè totius  
 Scythia gentium solus in mundo regnator,  
 qui erat famosa inter omnes gentes clarita-  
 te mirabilis. Ad quem in legationem re-  
 missus à Theodosio iuniore Priscus, tali  
 voce inter alia refert. Ingentia siquidem  
 flumina, id est Tysiam, Tibisiamque, &  
 Driccam transeuntes, venimus in locum  
 illum ubi dudum Vidicula Gothorum for-  
 tissimus Sarmatum dolo occubuit. Inde que  
 nos longè ad vicum in quo rex Attila mo-  
 rabatur accessimus: vicum inquam, ad  
 instar ciuitatis amplissima, in quo lignea  
 moenia

moenia ex tabulis nitentibus fabricata re-  
 perimus, quarum compago ita solidum  
 mentiebatur, ut vix ab intento posset  
 iunctura tabularum comprehendi. Videres  
 triclinia ambitu prolixiore distenta, porti-  
 cusque in omni decore dispositas. Area  
 verò curtis ingenti ambitu cingebatur, ut  
 amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet.  
 Hæ sedes erant Attilæ regis barbariam  
 totam tenentis: hæ captis ciuitatibus ha-  
 bitacula præponebat.

## CAP. XXXV.

De Attilæ regis Hunnorum patre, fratri-  
 bus. deque ipsius, statura, forma &  
 moribus. Item de gladio Martis quem  
 ipse vsurpauit. locus insignis è Prisco  
 historico.

**I**s namq. Attila patre genitus Mund-  
 zucco, cuius fuere germani Ostar &  
 Roas, qui ante Attilam regnum Hunno-  
 rum tenuisse narrantur, quamuis non om-  
 nino cunctorum. Eorum ipse post obitum,  
 cum Bleta germano Hunnorum successit.

in regnum, & ut antè expeditioni quam parabat par foret; augmentum virium parricidio querit, tendens ad discrimen omnium nece suorum. Sed librante iustitia detestabili remedio crescens, deformes exitus suæ crudelitatis inuenit. Bleta enim fratre fraudibus perempto, qui magne parti regnabat Hunnorum, vniuersum sibi populum subiugauit, aliarumque gentium quas tunc in ditione tenebat numerositate collecta, primas mundi gentes, Romanos Vesegothasque subdere peroptabat. Cuius exercitus quingentorum millium esse numerus ferebatur. Vir in concussione gentis natus in mundo, terrarum omnium metus: qui nescio qua sorte terebat cuncta, formidabili de se opinione vulgata. Erat namque superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos, ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret. Bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantiibus exorabilis, propitius in fide  
semel

DE REB. GETICIS 101  
semel receptis. Forma breuis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, simo naso, teter colore, originis suæ signa restituens. Qui quamuis huius esset natura & ut semper magna confideret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inuentus, apud Scytharum reges semper habitus. Quem Priscus historicus tali refert occasione detectum. Quum pastor, inueniens, quidam gregis vnâ buculam conspiceret claudicantem, nec causam tanti vulneris inueniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur: tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas bucula incautè calcauerat, effossumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur se totius mundi principem constitutum, & per Martis gladium potestatem sibi concessam esse bellorum.

## CAP. XXXVI.

Attila, suapte natura ad vastandum orbem paratus, à Gizerico Wandalorum rege multis muneribus ad id instigatur. Is, omni ratione discordiam inter Romanos & Gothos ferere conatur. sed frustra. Epistola Valentiniani Imp. ad Vesegothos. eorumque responsum.

**H**VIUS ergo mentem ad vastationem orbis paratam comperiens Gizericus rex Wandalorum, quem paulo antè memorauimus, multis muneribus ad Vesegotharum bella precipitat, metuens ne Theodericus Vesegotharum rex filiae viscisceretur iniuriam, quae Hunericho Gizerici filio iuncta, prius quidem tanto coniugio letaretur: sed postea, ut erat ille & in sua pignora truculentus, ob suspicionem tantummodo veneni ab ea parati, eam putatis naribus spolians decore naturali, patri suo ad Gallias remisit, ut turpe funus miseranda semper offerret, & crudelitas, qua etiam mouerentur externi, vindictam

vindictam patris efficacius impetraret. Attila igitur dudum bella concepta Gizerici redemptione parturiens, legatos in Italiam ad Valentinianum principem misit, serens Gothorum Romanorumque discordiam, ut quos praelio non poterat concutere, odium internis elideret, adserens se Reipub. eius amicitias in nullo violare, sed contra Theodericum Vesegotharum regem sibi esse certamen, unde eum excipi libenter optaret. Cetera epistola usitatis salutationum blandimentis oppleuerat, studens fidem adhibere mendacio. Pari etiam modo ad regem Vesegotharum Theodericum erigit scriptum, hortans ut à Romanorum societate discederet, recoleretq. praelia, quae paulo antè contra eum fuerant concitata sub nimia feritate. Homo subtilis antiquam bella gereret, arte pugnabat. Tunc Valentinianus imperator ad Vesegothas eorumque regem Theodericum in his verbis legationem direxit. Prudentiae vestrae est, fortissime gentium, aduersus urbis

conspirare tyrannum, qui optat mundi generale habere seruitium, qui causas prælii non requirit, sed quicquid commiserit hoc putat esse legitimum. Ambitum suum brachio meretur, superbia licentiam satiat, qui ius fasque contemnens, hostem se exhibet naturæ cunctorum. Etenim meretur hic odium, qui in commune omnium se approbat inimicum. Recordamini quæso, quod certè non potest obliuisci. Ab Hunnis casus est susus, sed quod grauitè agit, insidus agit appetitum. Unde vt de nobiscæamus, potestis hanc inulti ferre superbiam? Armorum potentes, fauete propriis doloribus, & communes iungite manus. Auxiliamini etiã Reipub. cuius membrum tenetis. Quàm sit autem nobis expetenda vel amplexanda societas, hostes interrogate consilia. His & similibus legati Valentiniani regem permouere Theodericum. Quibus ille respondit; Habetis, inquit, Romani, desiderium vestrum, fecistis Attilam & nobis hostem. Sequimur illam

illum quocunq; uocauerit, & quanuis infletur de diuersis superbarum gentium uictoriis, norunt tamen Gothi conflagere cum superbis. Nullum bellum dixerim graue, nisi quod causa debilitat, quando triste pauet, cui maiestas arriserit. Acclamant responsò comites ducis, letum sequitur vulgus. Fit omnibus ambitus pugne, hostes iam Hunni desiderantur. Produci- tur itaque à rege Theoderico Wesegotharum innumerabilis multitudo: qui quatuor filiis domi dimissis, id est Friderico & Turico, Rotemero & Himmerit, secum tantum Thorismund & Theodericum maiores nati participes laboris assumit. Felix prociuctus, auxiliantium suauè collegium habere, & solatia illorum, quos delectat ipsa etiã simul subire discrimina. A parte uerò Romanorum tanta patricij Aetiij prouidentia fuit, cui tunc innitebatur Respub. Hesperie plagæ, ut undique bellatoribus congregatis, aduersus ferocem & infinitam multitudinem non impar occurreret.

curreret. His enim adfuerunt auxiliares Franci, Sarmatae, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones, quondam milites Romani, tunc uero iam in numero auxiliariorum exquisiti, aliaeque nonnullae Celticae uel Germanicae nationes. Conuenitur itaque in campos Catalaunicos, qui & Mauricij nominantur, C. leugas, ut Galli uocant, in longum tenentes, & LXX in latum. Leuga autem Gallica mille & quingentorum passuum quantitate metitur. Fit ergo area innumera bilium populorum pars illa terrarum. Conferuntur acies utraque fortissima; nihil subreptionibus agitur, sed apertum Martem testantur. Quae potest digna causa tantorum motibus inueniri? aut quod odium in se cunctos animauit armari? Probatum est, humanum genus regibus uiuere, quando unius mentis insano impetu strages sit facta populorum, & arbitrio superbi regis momento deicitur, quod tot seculis natura progeniuit.

CAP.

## CAP. XXXVII.

De iis rebus quae in ipsorum bellorum motibus prius quam praelium inter Romanos & Hunnos committeretur acciderunt.

**S**ED antequam pugnae ipsius ordinem referamus, necessarium uidetur edicere, quae in ipsis bellorum motibus accidere, quia sicut famosum proelium, ita multiplex atque perplexum. Sangibanus namque rex Alanorum metu futurorum perterritus, Attila se tradere pollicetur, & Aurelianam ciuitatem Galliae, ubi tunc consistebat, in eius iura transducere. Quod ubi Theodericus & Aetius agnouere, magnis aggeribus eandem urbem ante aduentum Attilae destruunt, suspectumque custodiunt Sangibanum, & inter suos auxiliares medium statuunt cum propria gente. Igitur Attila rex Hunnorum tali percussus euentu, diffidens suis copiis, metuens inire conflictum, intusque fugam reuoluens ipso funere tristiore, statuit per haurispecies



haruspices futura inquirere. Qui more solito nunc pecorum fibras, nunc quasdam venas in abrasis ossibus intuentes, Hunnis infausta denuntiant. Hoc tamen quantum prædixere solatij, quod summus hostium ductor de parte aduersa occumberet, relictaque victoria, sua morte triumphum scædaret. Quumque Attila necem Aetij, quod eius motib. obuiabat, vel cum sua perditione duceret expetendam, tali præsagio sollicitus, vt erat consiliorum in rebus bellicis exquisitor, circa nonam diei horam prælium sub trepidatione committit, vt si non secus cederet, nox imminens subueniret, conuerteret partes, vt diximus, in campos Catalaunicos.

## CAP. XXXVIII.

Positio loci, quo in Catalaunicis campis prælium inter Romanos & Hunnos est commissum: & Descriptio vtriusque aciei.

**E**RAT autem positio loci decliu tumore, in modum collis excrescens.

Quem

Quem vterque cupiens exercitus obtinere, quia loci opportunità non paruum beneficium conferret: dextram partem Hunni cum suis, sinistram Romani & Vese-gothæ cum auxiliariis occuparunt. Relictaque de cacuminis eius iugo certamine, dextrum cornu cum Vese-gothis Theodericus tenebat, sinistrum Aëtius cum Romanis, collocantes in medio Sangibanum, quem superius retulimus præfuisse Alanis, proidentes cautione militari, vt eum, de cuius animo minus præsumebant, fidelium turba concluderent. Facile namque adsumit pugnandi necessitatem, cui fugiendi imponitur difficultas. E diuerso verò fuit Hunnorum acies ordinata, vt in medio Attila cum suis fortissimis locaretur, sibi potius rex hac ordinatione prospiciens, quatenus inter gentis suæ robur positus, ab imminente periculo redderetur exceptus. Cornua verò eius multiplices populi & diuersæ nationes quas ditioni suæ subdiderat ambiebant. Inter quos Ostrogotharum



tharum præminebat exercitus, Uualami-  
re & Theodemire & Uuidemire germa-  
nis ductantibus, ipso etiam rege, cui tunc  
seruiebant, nobilioribus; quia Amalorum  
generis eos potentia illustrabat; erat que  
& Gepidarum agmine innumerabili rex  
ille famosissimus Ardaricus, qui ob nimiam  
suam fidelitatem erga Attilam eius con-  
siliis intererat. Nam perpendens Attila sa-  
gacitatem suam, eum & Uualamirem  
Ostrogotharum regem super ceteros regu-  
los diligebat. Erat namque Uualamir se-  
creti tenax, blandus alloquio, doli ignarus.  
Ardarich fide & consilio, ut diximus, cla-  
rus. Quibus non immerito contra parentes  
Uesegothas debuit credere pugnantibus.  
Reliqua autem si dici fas est, turba regum,  
diuersarumque nationum ductores, ac si  
satellites, nutibus Attilæ attendebant, &  
ubi oculo animisset absque aliqua mur-  
muratione cum timore & tremore unus-  
quisque adstabat, aut certe quod iussus  
fuerat exsequeretur. Sed solus Attila rex  
omnium

omnium regum, super omnes & pro om-  
nibus sollicitus erat. Fit ergo de loci, quem  
diximus, opportunitate certamen. Attila  
suos dirigit qui cacumen montis invade-  
rent, sed à Thorisimundo & Aëtio præuen-  
tus est, qui eluctati collis excelsa ut con-  
scenderent, superiores effecti sunt, ve-  
nientesque Hunnos montis beneficio facile  
turbauere.

## CAP. XXXIX.

Attilæ oratio ad Hunnos, qua eos ad pre-  
lium aduersus Romanos ineundum  
exhortatur.

**T**UNC Attila, quum videret ex-  
ercitum causa præcedente turba-  
tum, eum tali ex tempore credit alloquio  
confirmandum. Post victorias tanta-  
rum gentium, post orbem si consistatis  
edomitum, ineptum iudicauerim, tanquam  
ignaros rei verbis acueret. Querat hoc aut  
nouus ductor, aut inexpertus exercitus.  
Nec mihi fas est aliquid vulgare dicere,  
nec

nec vos oportet audire. Quid autem aliud vos quam bellare consueti? aut quid forti suauius, quam vindictam manu querere? Magnum munus à natura, animum ultione satiare. Aggrediamur ergo hostem alacres. audaciores sunt semper, qui inferunt bellum. Adunatas despiciate dissonas gentes. Indicium pauoris est, societate defendi. En ante impetum terroribus iam feruntur, excelsa quaerunt, tumulos capiunt, & sera pœnitudine in campis munitiones efflagitant. Nota nobis sunt, quam sint leuia Romanorum arma; primo etiam non dico vulnere, sed ipso puluere grauantur. Dum inordinate coeunt, & acies te studi- nemque conuertunt, vos confligite praestantibus animis, ut soletis, despicientesque eorum acies, Alanos inuadite, in Uesegothas incumbite. Inde nobis est citam victoriam quaerere, vnde se continet bellum. Abscisa autem neruis mox membra relabuntur; nec potest stare corpus, cui ossa subtraxeris. (consurgant animi, furor solitus

litus intumescat. Nunc consilia Hunni, nunc arma depromite, aut vulneratus quis aduersarij mortem deposcat, aut ille sus hostium clade satietur. Victuros nulla tela conuenient, morituros & in ocio fata precipitant. Postremò cur fortuna Hunnos tot gentium victores adfereret, nisi ad certaminis huius gaudia preparasset? Quis denique Meotidarum iter aperiret maioribus nostris tot seculis clausum ac secretum? Quis adhuc inermibus cedere faciebat armatos? Faciem Hunnorum non poterit ferre adunata collectio. Non fallor euentu, hic campus est quem nobis tot prospera promiserant. Primus in hostes tela coniciam. Si quis potuerit Attila pugnante ocium ferre, sepultus est. His verbis accensi, in pugnam cuncti precipitantur.

H

CAP.

Successus prælij commissi inter Romanos  
& Vefegothos aduersus Hunnos.  
Theoderici regis mors. Attila se plau-  
stris vallat.

**E**T quamuis haberent res ipsæ for-  
midinem, præsentia tamen regu-  
cuntationem herentibus auferebat. Na-  
nu manibus congregiuntur; bellum atrox,  
multiplex, immanè, pertinax, cui simile  
nulla usquam narrat antiquitas; ubi ta-  
lia gesta referuntur, ut nihil esset, quod  
in vita sua conspiciere potuisset egregius,  
qui huius miraculi præuaretur aspectu.  
Nam si senioribus credere fas est, riuulus  
memorati campi humili ripa prolabens,  
peremptorum vulneribus sanguine multo  
proiectus, nõ auctus imbribus, ut solebat,  
sed liquore concitatus insolito, torrens fa-  
ctus est cruoris augmento. Et quos illic coë-  
git in aridam sitim vulnus inflictum,  
fluenta mixta clade traxerunt: ita constri-  
cti sorte miserabili sordebant, potantes  
sanguinem

sanguinem quem sudere sauciati. Hic Theo-  
dericus rex dum adhortans discurreret ex-  
ercitum, equo depulsus, pedibusque suorum  
conculcatus, vitam matura senectute con-  
clussit. Alij verò dicunt eum interfectum  
telo Andagis de parte Ostrogotharum, qui  
tunc Attilanum sequebantur regimen.  
Hoc fuit quod Attilæ præfagio haruspices  
prius dixerant, quamquam ille de Aëtio  
suspicaretur. Tunc Vefegothæ diuidentes se  
ab Alanis, inuadunt Hunnorum cateruas,  
& penè Attilam trucidassent; nisi prius  
prouidus fugisset, & se suosque ilico intra  
septem castrorum, quæ plaustris vallata ha-  
bebat, reclusisset. Quamuis fragile muni-  
mentum, tamen quaesierunt subsidium vi-  
tæ, quibus paulo antè nullus poterat mu-  
ralis agger obsistere. Thorismund autem  
regis Theoderici filius, qui cum Aëtio col-  
lem anticipans, hostes de superiori loco pro-  
turbauerat, credens se ad agmina propria  
peruenire, nocte caca ad hostium carpenta  
ignarus incurrit. Quem fortiter dimican-

tem quidam capite vulnerato equo deiecit, suorumque providentia liberatus, à præliandi intentione desit. Aëtius verò similiter noctis confusione diuisus, quum inter hostes medios vagaretur, trepidus ne quid incidisset aduersi Gothis, inquirens, tandemque ad socia castra perueniens, reliquum noctis scutorum defensione transegit. Postera die luce orta, quum cadaueribus plenos campos aspicerent, nec audere Hunnos erumpere; suam arbitrantur esse victoriam, scientesque Attilam non nisi magna clade confusum, bello confugisse: quum tamen nil ageret vel prostratus abiectum, sed strepens armis tubis canebat, incussionemque minabatur: velut leo venabulis pressus, speluncæ aditus obambulans, nec audet insurgere, nec desinit fremitibus vicina terrere. sic bellicosissimus rex victores suos turbabat inclusus. Conueniunt itaque Gothi Romanique, & quid agerent de superato Attila deliberant. Placet eum obsidione fatigari, qui annonæ copiam

piam non habebat, quando ab ipsius sagittariis intra septa castrorum locatis, crebris ictibus arceretur accessus. Fertur autem desperatis in rebus prædictum regem adhuc & in supremo magnanimum, equinis sellis construxisse piram, seseque, si aduersarij irrumperent, flammis iucere voluisse, ne aut aliquis eius vulnere lataretur, aut in potestatem hostium, tantorum hostium gentium dominus, perueniret.

## CAP. XLI.

Thorismund Theoderico regi patri suo exequias parat, & consilio Aëtij patricij, qui Hunnis funditus intereptis, male à Gothis metuebat Imperio Romano, se recipit & patri succedit. Franci & Gepidæ mutua clade se atterunt. Numerus cæsorum prælio inter Rom. & Attilam.

**V**ERVM inter has obsidionum moras Vesegothæ regem, filij patrem requirunt, admirantes eius absentiam, dum felicitas fuerit subsequuta.

Quinque diutius exploratum, ut viri  
fortibus mos est, inter densissima cadavera  
reperissent, cantibus honoratum, inimicis  
spectantibus abstulerunt. Videres Go-  
thorum globos dissonis vocibus confrago-  
fos, adhuc inter bella furentia funeri red-  
didisse culturam. Fundebantur lacrymae,  
sed quae viris fortibus impendi solent. no-  
stra mors erat, sed Hunno teste gloriosa,  
unde hostium putaretur inclinata fore su-  
perbia, quando regis efferre cadaver cum  
suis insignibus inspiciebant. At Gothi  
Theoderico adhuc iusta soluentes, armis in-  
sonantibus regiam deserunt maiestatem,  
fortissimusque Thorsmund bene gloriosus,  
ad manes carissimi patris, ut decebat fi-  
lium, exequias est prosequutus. Quod  
postquam peractum est, orbitatis dolore  
commotus, & virtutis impetu qua vale-  
bat, cum inter reliquias Hunnorum mor-  
tem patris vindicare contendit, Aetium  
patricium, ac si seniore, prudentiaque  
maturum, de hac parte consulit, quid sibi  
esset

DE REB. GETICIS 119  
esset in tempore faciendum. Ille vero me-  
tuens, ne Hunnis funditus interemptis, à  
Gothis Romanorum premeretur imperium,  
praebet hac suavione consilium, ut ad sedes  
propriam remearet, regnumque quod pater  
reliquerat arriperet, ne germani eius, opi-  
bus sumptis paternis, Vesegotharum re-  
gnum pervaderent, graviterque dehinc  
cum suis, & quod peius est, miserabiliter  
pugnaret. Quo responso non ambigue, ut  
datum est, sed pro sua potius utilitate sus-  
cepto, relictis Hunnis, redit ad Gallias. Sic  
humana fragilitas dum suspicionibus oc-  
currit, magna rerum agendarum occasio-  
ne intercipitur. In hoc enim famosis-  
simo & fortissimarum gentium bello ab  
virisque partibus CLXII millia caesa re-  
feruntur, exceptis XC millibus Gepida-  
rum & Francorum, qui ante congressio-  
nem publicam noctu sibi occurrentes, mu-  
tuis concidere vulneribus, Francis pro Ro-  
manorum, Gepidis pro Hunnorum parte  
pugnantibus. Attila igitur discessione co-



gnitâ Gothorum, quod de inordinatis col-  
ligi solet, & inimicorum magis æstimans  
dolum, diutius se intra castra continuit.  
Sed ubi hostium absentia sunt longa si-  
lentia consecuta, erigitur mens ad victo-  
riam gaudia præsumuntur, atque potentis  
regis animus in antiqua fata reuertitur.  
Thorsimund ergo patre mortuo, in campis  
statim Catalaunicis, ubi & pugnaverat,  
regia maiestate subuectus, Tolosam ingre-  
ditur. Hic licet fratrum & fortium turba  
gauderet, ipse tamen sic sua initia modera-  
tus est, ut nullius reperiret de regni succes-  
sione certamen.

## CAP. XLII.

Attila de Vesegotharum recessu à Roma-  
nis cærior factus, ad oppressionem Ro-  
manorum omnibus viribus se confert.  
Aquileiam, Mediolanum, Ticinum,  
vastat. Leo Papa ad eum accedit & pa-  
cem Italiae certis conditionibus im-  
petrat. Attila ad suas sedes ultra Danu-  
bium remeat.

**A**TTLA verò nacta occasione  
de recessu Vesegotharum, & quod  
sæpè optauerat, cernens hostium solutio-  
nem per partes, mox iam securus ad oppres-  
sionem Romanorum mouit prociñctum,  
primaque aggressione Aquileiensem obsedit  
ciuitatem, quæ est metropolis Venetiarum,  
in mucrone vel lingua Adriatici posita si-  
nus. Cuius ab oriente muros Natissa am-  
nis fluens, à monte Picis elambit, ibique  
quum diu multoque tempore obsidens ni-  
hil penitus præualeret, fortissimis intrinse-  
cus Romanorum militibus resistentibus,  
exercitus iam mormurante & discedere cu-  
piente,

H 5



piente, Atrila deambulans circa muros,  
 dum vtrum solueret castra, an adhuc mo-  
 raretur deliberat; animaduertit candidas  
 aues, id est ciconias, quae in fastigio domo-  
 rum nidificant, de ciuitate foetus suos tra-  
 bere, atque contra morem per rura forinse-  
 cus comportare. Et ut hoc, sicut erat sa-  
 gacissimus inquisitor, persensit, ad suos in-  
 quit; Respicite aues futurarum rerum pro-  
 uidas perituram relinquere ciuitatem, ca-  
 surasque arces periculo imminente desere-  
 re. Non hoc vacuum, non hoc credatur in-  
 certum; rebus praescia consuetudinem mu-  
 tat ventura formido. Quid plus? Animus  
 suorum rursus ad oppugnandum Aquile-  
 iam inflammatur. Qui, machinis constru-  
 ctis, omnibusque tormentorum generibus  
 adhibitis, nec mora, inuadunt ciuitatem,  
 spoliant, diuidunt, vastantque crudeliter,  
 ita ut vix eius vestigia, ut appareant, re-  
 liquerint. Exhinc iam audaciores, & nec-  
 dum Romanorum sanguine satiati, per reli-  
 quas Venetum ciuitates Hunni baccha-  
 bantur.

bantur. Mediolanum quoque Liguria me-  
 tropolim, & quondam regiam urbem, pa-  
 ri tenore deuastant, nec non & Ticinum  
 aequali sorte deiciunt, vicinaque loca sa-  
 uientes allidunt; demoliunturque penè to-  
 tam Italiam. Quumque ad Romam animus  
 fuisset eius attentus accedere, sui eum (ut  
 Priscus refert historicus) remouere, non  
 urbi, cui inimici erant, consulentes; sed  
 Alarici quondam Vesegotharum regis obij-  
 cientes exemplum, veriti regis sui fortuna-  
 nam, quia ille post fractam Romam diu  
 non superuixerat, sed protinus rebus ex-  
 cessit humanis. Igitur dum eius animus an-  
 cipiti negotio inter ire & non ire fluctua-  
 ret, secumque deliberans tardaret, placita  
 ei legatio à Roma aduenit. Nam Leo papa  
 per se ad eum accedit in Acroentum Mam-  
 boleio, ubi Minicius armis commeantium  
 frequentatione transitur. Qui mox depo-  
 sito exercitus furore & rediens qua-  
 uenerat, id est, ultra Danubium, promiss-  
 sa pace discessit; illud pra omnibus denun-  
 cians,

cians, atque interminando discernens, gratiora se in Italiam illaturum, nisi ad se Honoriam Valentimiani principis germanam, filiam Placidie Augustae, cum portione sibi regalium opum debita mitteret. Ferebatur enim quia haec Honoriam, dum propter aule decus ac castitatem teneretur nutu fratris inclusa, clandestino eunucho misso, Attilam inuitasset, ut contra fratris potentiam eius patrocinis uteretur: prorsus indignum facinus, ut licentiam libidinis malo publico compararet.

## CAP. XLIII.

Attila in Alanos trans Ligerim confidentes mouet. A Thorismundo rege Vesegothorum conferto praelio in suas sedes fugere compellitur. Thorismundi caedes.

**R**EVERSVS itaque Attila in sedes suas, & quasi oculi poenitens, grauiusque ferens à bello cessare, ad orientis principem Marcianum legatos dirigit, prom-

provinciarum testans vastationem, quod sibi promissa à Theodosio quondam Imperatore minime persolueret, & inhumanius solito suis hostibus appareret. Hac tamen agens, ut erat versutus & callidus, alibi minatus, alibi arma sua commouit, & quod restabat indignationi, faciem in Vesegothos retor sit. Sed non eum, quem de Romanis, reportauit euentum. Nam per dissimiles anterioribus vias recurrens, Alanorum partem trans flumen Ligeris confidentem statuit suae redigere ditioni, quatenus mutata per ipsos bellifacie, terribilior emeretur. Igitur ab Dacia & Pannonia prouincis, in quibus tunc Hunnicum diuersis subditis nationibus insidebant, egrediens Attila, in Alanos mouit prociuentum. Sed Thorismund rex Vesegothorum fraudem Attilae non impari subtilitate persentiens, ad Alanos tota subtilitate prius aduenit, ibique superuenientis iam Attilae motibus prae paratus occurrit, confertoque praelio, penè simili eum tenore ut prius

prius in campis Catalaunicis, à spe remouit victoriae fugatumque à partibus suis sine triumpho remittens in sedes proprias fugere compulsi. Sic Attila famosus, & multarum victoriarum dominus, dum querit famam perditoris abiicere, & quod prius à Vefegothis pertulerat abolere, gemmatam sustinuit, ingloriusque recessit. Thorismundus verò repulsis ab Alanis Hunnorum cateruis, sine aliqua suorum lesione Tolosam migravit, suorumque quæta pace composita, tertio anno regni sui egrotans, dum sanguinem tollit de vena, ab Ascaleruo cliente inimicos nunciante, armis subtractis, peremptus est. Una tamen manu, quam liberam habebat, scabellum tenens, sanguinis sui existit ultor, aliquantos insidiantes sibi extinguens.

CAP.

## CAP. XLIII.

Theodericus Thorismundi frater rex Vefegotharum Riciarium Sueuorum regem qui Hispaniam inuaserat bello superat. Achilphum clientem Sueuis præficit. is tyrannidē affectans capite plectitur. Sueui permissu Theoderici Remismundum sibi regem eligunt. Theoderici regis mors.

**P**OST cuius decessum, Theodericus germanus eius Vefegotharum in regno succedens, mox Riciarium Sueuorum regem cognatum suum repperit inimicum. Hic item Riciarius affinitatem Theoderici præsumens, vniuersam penè Hispaniam sibi credidit occupandam, iudicans opportunum tempus surreptionis incomposita initia tentare regnantis. Quibus ante Gallicia & Lusitania sedes fuere, quæ in dextro latere Hispaniæ per ripam Oceani porriguntur, habentes ab oriente Austrogoniam, ab occidente in promontorio sacrum Scipionis Romani ducis monumen-

11177.

tum, à septentrione Oceanum, à meridie Lusitaniam, & fluvium Tagum, quasi arenis suis permiscens auri metalla, trahit cum limi vilitate diuitias. Exinde ergo exiens Riciarius rex Sueuorum, nititur totam Hispaniam occupare. Cui Theodericus cognatus suus, ut erat moderatus, legatos mittens, pacificè dixit, ut non solum recederet à finibus alienis; verùm etiã nec tentare præsumeret, odium sibi tali ambitione acquirens. Ille verò animo præsumido ait; Si hic murmuras, & me venire causaris: Tolosam, ubi tu sedes, veniam, ibi si vales, resiste. His auditis, agrè tulit Theodericus, compactusque cum cæteris gentibus, arma mouit in Sueuos, Burgundionum quoque Gnuodiacum, & Hilpericum reges auxiliares habens, sibi que deuotos. Ventum est ad certamen iuxta flumen Urbium, quod inter Asturicam Hiberiamque prætermeat; confertoque prælio, Theodericus cum Vesegothis, qui ex iusta parte pugnabat, victor efficitur, Sueuorum

gentes

gentes penè cunctas usque ad internecionem prosternens. Quorum rex Riciarius relicta infecta victoria, hostem fugiens in nauim conscendit, aduersaque procella Tyrbeni ostij repercussus, Vesegotharum est manibus redditus, miserabilem non differens mortem, cum clementia mutauit. Theodericus verò victor existens, subactis pepercit, nec ultra certamina scuire permisit, præponens Sueuis, quos subiecerat, clientem Athiulfum. Qui in breui animo ad præuaricationem ex Sueuorum suasionib. commutans; neglexit imperata complere, potius tyrannica elatione superbiens, credensque se ea virtute provinciam obtinere, qua dudum cum domino suo eam subiecisset. Is siquidem erat Vuaruorum stirpe genitus, longè à Gothici sanguinis nobilitate seiunctus; idcirco nec libertati studens, nec patrono fidem seruans. Quo comperto, Theodericus mox contra eum, qui eum de regno peruasio deicerent, destinavit. Qui venientes, sine mora in primo

I

eum

eum certamine superantes, congruam fa-  
 Etorum eius ab eo exegerunt ultionem.  
 Captus namque, & suorum solatio desiti-  
 tutus, capite plectitur; sensitque tandem  
 iratum, qui propitium dominum credide-  
 rat contemnendum. Tunc Sueui rectoris sui  
 interitum contuentes, locorum sacerdotes  
 ad Theodericum supplices direxerunt.  
 Quos ille pontificali reuerentia suscipiens,  
 non solum impunitatem Sueuorum indul-  
 sit; sed & ut sibi de suo genere principem  
 constituerent flexus pietate concessit.  
 Quod & factum est, & Remismundum  
 sibi Sueui regulum ordinauerunt. His per-  
 actis, paceque cunctis munitis, tertiodeci-  
 mo regni sui anno Theodericus occubuit.

CAP.

CAP. XLV.

Euricus Vesegotharum rex Theoderico  
 succedit, Romanis Imperatoribus aliis  
 super alios cæsis Gizericus Wandalo-  
 rum rex Italiam inuadit, Romam va-  
 stat. Euricus Gallias inuadit, Britones  
 Romanorum auxilios profligat, Ar-  
 uetnam Gallia ciuitatem occupat.

**C**VI frater Euricus percupida fe-  
 stinatione succedens, seu suspicio-  
 ne pulsatus est. Nam dum hæc circa Veseg-  
 gotharum gentem & alia nonnulla gerun-  
 tur, Valentinianus imperator dolo Maxi-  
 mi occisus est, & ipse Maximus tyran-  
 nico more regnum inuasit. Quod audiens  
 Gizericus rex Vuandalorum, ab Africa  
 armata classe in Italiam venit, Romamque  
 ingressus, cuncta deuastat. Maximus ve-  
 rò fugiens, à quodam Urso milite Roma-  
 no interemptus est. Post quem, iussu Mar-  
 ciani imperatoris orientalis, Maiorianus  
 occidentale suscepit imperium gubernan-  
 dum. Sed & ipse non diu regnans, dum

I 2

contra



contra Alanos, qui Gallias infestabant, movisset procinctum, Dertona iuxta fluvium Fra cognomento occiditur. Cuius locum Severus inuasit, qui tertio anno imperij sui Romæ obiit. Quod cernens Leo imperator, qui in orientali regno Marciano successerat, Anthemium patricium suum ordinans, Romæ principem ordinavit. Qui veniens ilico Ricimerem generum suum contra Alanos direxit, virum egregium, & penè tunc in Italia ad exercitum singularem. Qui multitudinem Alanorum, & regem eorum Beurgum in primo statim certamine superatos, internecioni prostravit. Euricus ergo Vesegotharum rex crebram mutationem Romanorum principum cernens, Gallias suo iure visus est occupare. Quod comperiens Anthemius Imperator, protinus solatia Britonum postulavit. Quorum rex Riothimus cum XII millibus veniens, in Biturigas civitatem Oceano è navibus egressus, susceptus est. Ad quos rex Vesegotharum Euricus innumerum

merum ductans exercitum advenit, diuque pugnans, Riothimum Britonum regem, antequam Romani in eius societate coniungerentur, superavit. Qui ampla parte exercitus amissa, cum quibus potuit fugiens, ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœderatam, advenit. Euricus verò rex Vesegotharum Aruernam Gallie civitatem occupavit, Anthemio principe iam defuncto; qui cum Ricimere genero suo intestino bello seniens, Romaniam triumphasset, ipseque à genero peremptus, regnum reliquit Olibrio. Quo tempore in Constantinopoli Aspar primus patriciorum, & Gothorum genere clarus, cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Casare, generoque Leonis principis appellato, spadonum ensibus in palatio vulneratus interit. Et nec dum Olibrio VIII mense in regnum ingresso obeunte, Glycerius apud Ravennam plus presumptione quàm electione Casar effectus est. Quem anno vix



expleto, Nepos Marcellini quondam patricij sororis filius, à regno deiciens, in portu Romano Episcopum ordinauit. Tantas varietates mutationesque Euricus cernens, vt diximus superius, Aruernam occupat ciuitatem, vbi tunc Romanorum dux præerat Decius nobilissimus senator, & dudum Auiti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum inuaserat, filius. Nam hic ante Olibrium paucos dies tenens imperium, vltro recessit Plucentiam, ibique Episcopus est ordinatus. Huius ergo filius Decius diu certans cum Vesegothis, nec valens antestare, relicta patria maximeque vrbe Aruernate hosti, ad tutiora se loca collegit. Quod audiens Nepos Imperator, præcepit Decio, relictis Gallis ad se venire, in locum eius Oreste magistro militum ordinato: qui Orestes suscepto exercitu, & contra hostes egrediens, à Roma Rauennam peruenit, ibique remoratus, Augustulum filium suum Imperatorem efficit. Quo comperio, Nepos fugit in Dalmatias,

DE REB. GETICIS. 135  
 tias, ibique defecit priuatus regno, vbi iam Glycerius dudum imperator Episcopatum Salonitanum habebat; Augustulo à patre Oreste in Rauenna imperatore ordinato.

## CAP. XLVI.

Odouacer Turcilingorum rex Italiam inuadit & subiugat.

**N**ON multum post Odouacer Turcilingorum rex, habens secum Scyros, Herulos, diuersarumque gentium auxilios, Italiam occupauit, & Oreste interfecto, Augustulum filium eius de regno pulsum, in Lucullano Campania castello exsiliij pœna damnauit. Sic quoque Hesperium Romanae gentis imperium, quod septingentesimo nono vrbis conditæ anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo perit, anno decessorum prædecessorumque regni quingentesimo vigesimo secundo, Gothorum dehinc regibus Romam Italiamque

tenentibus Interea Odouacer rex gentium  
omni Italia subiugata, vt terrorem suum  
Romanis indicaret, mox initio regni sui  
Brachulam comitem apud Rauennam occi-  
dit, regnoque suo confortato, penè per qua-  
tuordecim annos vsque ad Theoderici  
presentiam, de quo in subsequenti-  
bus dicturi sumus, obtinuit. Interim tamen  
ad eum ordinem, unde digressi sumus,  
redeamus.

## CAP. XLVII.

Euricus Vesegotharum rex Arelatum,  
Massiliam, & Burgundiones subigit.  
Moritur. Alaricus Eurici filius, nonus  
Vesegotharum rex.

**E**VRICVS rex Vesegotharum  
Romani regni vacillationem cer-  
uens, Arelatum & Massiliam propriae sub-  
didit ditioni. Gezericus etenim Vuandalo-  
rum rex suis eum muneribus ad ista com-  
mittenda illexit, quatenus ipse Leonis vel  
Zenonis insidias, quas contra eum direxe-  
rant,

rant, praecaueret; egiſque vt orientale im-  
perium Ostrogothæ, Hesperium Vesego-  
thæ vastarent, vt in vtraque Repub. ho-  
stibus decernentibus, ipse in Africa quietus  
regnaret. Quod Euricus grato suscipiens  
animo, totas Hispanias Galliasque sibi  
iam iure proprio tenens, simul quoque &  
Burgundiones subegit, Arelatoque degens,  
decimonono anno regni sui vita priuatus  
est. Huic successit proprius filius Alaricus,  
qui nonus in numero ab illo Alarico magno  
regnum adeptus est Vesegotharum. Nam  
pari tenore, vt de Augustulo superius di-  
ximus, & in Alaricus prouenisse cognosci-  
tur, in eis sæpè regna deficiunt, à quo-  
rum nominibus inchoant. Quo interim nos  
praetermisso, sicut promisimus, omnem Go-  
thorum texamus originem. Et quia dum  
vtraque gentes tam Ostrogothæ, quam  
etiam Vesegothæ in vno essent, vt Valui,  
maiorum sequens dicta reuolui, diuisosque  
Vesegothas ab Ostrogothis ad liquidum  
sum prosequutus: necesse nobis est, iterum

ad antiquas eorum Scythicas sedes redire,  
 & Ostrogotharum genealogiam actusque  
 pari tenore exponere.

## CAP. XLVIII.

Ostrogotharum regum ab Ermanarici re-  
 gis decessione genealogia, vsque ad  
 Walamirum Thorismundi filium, &  
 Attilæ mortem.

**O**STROGOTHAÆ Ermanarici re-  
 gis sui decessione à Vesegothis diui-  
 si, Hunnorum subditi ditioni, in eadem pa-  
 tria remorati sunt; Vuinithario tamē Ama-  
 lo principatus sui insignia retinente. Qui  
 aui Ataulfi virtutem imitatus, quamvis  
 Ermanarici felicitate inferior, tamē moleste  
 ferens Hunnorum imperio subiacere, pau-  
 lulum se subtrahere ab illis, suamq. dum  
 nititur ostentare virtutem, in Antarum fi-  
 nes mouit prociñctum, eosque dum aggre-  
 ditur, prima congressione superatur: dein-  
 de fortiter egit, regemque eorum Box no-  
 mine cum filiis suis & LXX primatibus in  
 exemplo

exemplo terroris cruci adfixit, vt deditiis  
 metuum cadauera pendentium geminarent.  
 Sed cum tali libertate vix anni spatium im-  
 perasset, non est passus Balamber rex  
 Hunnorum, sed ascito ad se Sigismundo  
 Hunimundi magni filio, qui iuramenti sui  
 & fidei memor cum ampla parte Gotho-  
 rum Hunnorum imperio subiacebat, reno-  
 uatoque cum eo foedere, super Vuinitha-  
 rium duxit exercitum; diuque certanti-  
 bus, primo & secundo certamine Vuini-  
 tharius vincit. Nec valet aliquis comme-  
 morare quantam stragem de Hunnorum  
 Vuinitharius fecit exercitu. Tertio verò  
 prælio subreptionis auxilio ad fluiuium no-  
 mine Erac, dum vterque ad se venissent,  
 Balamber sagitta missa caput Vuinitharij  
 saucians, interemit, neptemque eius Vuala-  
 damarcam sibi in coniugio copulans, iam  
 omnem in pace Gothorum populum sub-  
 actum possedit: ita tamen, vt genti Go-  
 thorum semper vnus proprius regulus  
 (quamvis Hunnorum consilio) impera-  
 ret.

ret. Et mox defuncto Uuithario, rexit eos Hunimundus filius quondam regis potentissimi Ermanarici, acer in bello, totiusque corporis pulchritudine pollens: qui post hæc contra Sueuorum gentem feliciter dimicauit. Eoque defuncto, successit Thorismund filius eius flore iuuentutis ornatus, qui secundo principatus sui anno contra Gepidas mouit exercitum; magnaque de illis potitus victoria, casu equi dicitur interemptus. Quo defuncto, sic eum luxere Ostrogothæ; ut XL per annos in eius loco rex alius non succederet, quatenus & illius memoriam semper haberent in ore, & tempus accederet quo Uualamir ambitum repararet uirilem, qui erat ex consobrino eius genitus Uuandalario; quia filius eius, ut superius diximus, Berismund, iam contempta Ostrogotharum gente propter Hunnorum dominium, ad partes Hesperias Uesegotharum fuisset gentem sequutus, de quo & ortus est Uedericus. Uederico quoque filius natus est Eutharicus, qui

iunctus

iunctus Amalsuentæ filia Theoderici, item Amalorum stirpem iam diuisam coniunxit, & genuit Athalaricum & Mathesuentam. Sed quia Athalaricus in annis puerilibus defunctus est, Mathesuenta Constantinopolim inlata, de secundo viro, id est Germano fratruale Justiniani imperatoris genuit posthumum filium, quem nominauit Germanum. Sed nobis, ut ordo quem cupimus decurrat; ad Uuandalarij sobolem, quæ trino flore pullulabat, redeundum est. Hic etenim Uuandalarius fratruelis Ermanarici, & superscripti Thorismundi consobrinius, tribus editis liberis, in gente Amala gloriatus est, id est Uualamir, Theodemir, Uuidemir. Ex quibus per successionem parentum Uualamir in regnum conscendit, adhuc Hunnis eos inter alias gentes generaliter obtinentibus. Eratque tunc in tribus his germanis contemplatio grata, quando mirabilis Theodemir pro fratris Uualamir militabat imperio. Uualamir verò pro altero iubet ornando,

do, Uidimir seruire pro fratribus estimabat. Sic eis mutua affectione se tuentibus, nulli penitus deerat regnum, quod utrique in sua pace tenebant. Ita tamen, ut sapè dictum est, imperabant; ut ipsi Attila Hunnorum regis imperio deseruerent. Quibus nec contra parentes Vesegothas licuisset recusare certamen; sed necessitas domini etiam si paricidium iubet, implendum est. Nec aliter ab Hunnorum dominio diuelli potuit gens aliqua Scythica, nisi optata cunctis nationibus in commune, & Romanis mors Attila prouenerit, quæ tam utilis fuit, ut uita mirabilis.

## CAP. XLIX.

De Attilæ Hunnorum regis morte ex nimia ebrietate, & de magnificis exequiis ei præstitis.

**A**TTILA ut Priscus historicus refert, extinctionis suæ tempore puellam Ildico nomine, decoram valde, sibi in matrimonium post innumerabiles uxores,

uxores, ut mos erat gentis illius, socians: eiusque in nuptiis magna hilaritate resolutus, uino somnoque grauatus, resupinus iacebat, redundansque sanguis qui ei solitè de naribus effluebat, dum consuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapsus eum extinxit. Ita glorioso per bella regi temulentia pudendum exitum dedit. Sequenti uerò luce, quum magna pars diei fuisset exempta, ministri regij triste aliquid suspicantes, post clamores maximos fores effringunt, inueniuntque Attila sine uulnere, necem sanguinis effusione peractam, puellamque demisso uultu sub uelamine lachrymantem. Tunc, ut illius gentis mos est, crinium parte truncata, informes facies cauis turpauere uulneribus, ut præliator eximius non femineis lamentationibus, & lachrymis, sed sanguine lugeretur virili. De quo id accessit mirabile, ut Marziano princeipi orientis de tam feroci hoste sollicito in somnis diuinitas adhsistens, arcum Attila in eadem nocte fractum ostenderet, quasi

quasi quod gens ipsa eo telo multa presumat. Hoc Priscus historicus vera se dici adtestatione probare. Nam in tantum magnis imperiis Attila terribilis habitus est, ut eius mortem in locum muneris superna regnantibus iudicarent. Cuius manes quibus modis à sua gente honorati sunt, pauca de multis dicere non omittamus. In medijs siquidem campis, & intra tentoria setrica cadauere collocato, spectaculum admirandum & solemniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electissimi equites in eo loco quo erat positus, in modum Circusium cursibus ambientes facta eius cantu funereo tali ordine referebant. Praecipuus Hunnorum rex Attila, patre genitus Mundzucco, fortissimarum gentium dominus, qui inaudita ante se potentia solus Scythica & Germanica regna possedit, necnon utraque Romanae urbis imperia captis ciuitatibus terruit, & ne praedare reliqua subderent, placatus precibus, annum vectigal accepit. Quumque haec omnia pro-

uentis

uentis felicitatis egerit, non vulnere hostium, non fraude suorum, sed gente incolumi inter gaudia letus, sine sensu doloris occubuit. Quis ergo hunc dicat exitum, quem nullus aestimat vindicandum? Postquam talibus lamentis est defletus, stragem super tumultum eius, quam appellant ipsi, ingenti commestatione concelebrant, & contraria inuicem sibicopulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuque secreto cadauer est terra reconditum. Cuius fercula primum auro, secundo argento, tertio ferri rigore communiunt, significantes tali argumento potentissimo regi omnia conuenisse: ferrum quo gentes edomuit, aurum & argentum, quod ornatum reipublica utriusque accepit. addunt arma hostium cadibus acquisita, phaleras vario gemmarum fulgore preciosas, & diuersi generis insignia, quibus colitur aulicum decus. Et ut tot & talis diuitiis humana curiositas arceretur, operi deputatos detestabili mercede trucidarunt,

K

cidarunt,



*cidarunt, emerfitque momentanea mors  
sepelientibus cum sepulto.*

## CAP. L.

Attila mortuo contentio inter innumeros eius filios de successione orta. Ardaricus Gepidarum rex Ellac Attilæ filium in prælio interficit, reliquos filios ad Ponticum vsque mare fugat. Marcianus Imp. variis Gothis & Gepidis diuersas sedes concedit.

**T**ALIBVS peractis, ut solent animi iuuenum ambitu potentie concitari, inter successores Attilæ de regno orta contentio est. Et dum inconsultè imperare cupiunt cuncti, omnes simul imperium perdidere. Sic frequenter regna grauat plus copia quàm inopia successorum. Nam filij Attilæ, quorum per licentiam libidinis penè populus fuit, gentes sibi diuidi æqua sorte poscebant, ut ad instar familie bellicosi regis cum populis mitterentur in sortem. Quod dum Gepidarum rex comperit Ardaricus, de tot gentibus indignatus,

tus, velut vilissimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios Attilæ primus insurgit, illatumque seruiendi pudorem sequuta felicitate deterfit: nec solum suam gentem, sed & cæteras, quæ pariter premebantur, sua discessione absoluit: quia facile omnes appetunt quæ pro cunctorum utilitate tentantur. In mutuum igitur armantur exitium, bellumque committitur in Pannonia, iuxta flumen cui nomen est Neiad. Illic concursus factus est gentium variarum, quas Attila in sua tenuerat ditione. Diuiduntur regna cum populis, fiuntque ex vno corpore membra diuersa, nec quæ vnius passioni compaterentur, sed quæ exciso capite inuicem insanirent; quæ nunquam contra se pares inuenerant, nisi ipsi mutuis se vulneribus sauciantes, seipsas discerperent fortissima nationes. Nam ibi admirandum reor fuisse spectaculum, vbi cernere erat cunctis, pugnantem Gothum ense furentem, Gepidam in vulnere suorum cuncta tela frangentem, Sueuum

pede, Hunnum sagitta præsumere, Alatum graui, Herulum leui armatura aciem instruere. Post multos ergo graues que fluctus fauit Gepidis inopinata victoria. Nam triginta ferè millia tam Hunnorum, quam aliarum gentium, que Hunnis ferabant auxilium, Ardarici gladius conspiratorumque peremit. In quo pralio filius Attilæ maior natus, nomine Ellac, occiditur: quem tantum pater super ceteros amasse perhibebatur, vt eum cunctis diuersisque filius suis in regno præferret: sed non fuit voto patris fortuna consentiens. Nam post multas hostium cades sic viriliter eum constat peremptum, vt tam gloriosum superstes pater optasset interitum. Reliqui verò germani eius eo occiso fugantur iuxta littus Pontici maris, vbi prius Gothos sedisse descripsimus. Cessere itaque Hunni, quibus cedere putabatur vniuersitas. Adeo dissidium perniciofa res est, vt diuisi conuerint, qui adunati viribus territabant. Hæc causa Ardarici regis Gepidarum felix

lix adfuit diuersis nationibus, qui Hunnorum regimini inuiti famulabantur, eorumque diu mœstissimos animos ad hilaritatem libertatis votiuam erexit; venientesque multi per legatos suos ad solum Romanorum, & à principe tunc Marciano gratissimè suscepti, distributas sedes, quas incolerent, accepere. Nam Gepidæ Hunnorum sibi sedes viribus vendicantes, totius Dacia fines velut victores potiti, nihil aliud à Romano imperio, nisi pacem & annua solemnia, vt strenui viri, amica petitione postulauerunt. Quod & libens tunc annuit Imperator, & usque nunc consuetum donum est. Nam gens ipsa à Romano suscipit principe. Gothi verò cernentes Gepidas Hunnorum sedes sibi defendere, Hunnorumque populum suas antiquas sedes occupare, maluerunt à Romano regno terras petere, quam cum discrimine suo inuadere alienas, accipientes Pannoniam, que in longa porrecta planicie habet ab oriente Mœsiam superiores, à me-

ridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, à septentrione Danubium. Ornata patriacituitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomina. Sauromata verò, quos Sarmatas diximus, & Cemandri, & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad castrum Martenam sedes sibi datas colere. Ex quo genere fuit Blivilas dux Pentapolitanus, eiusque germanus Froilas, & nostri temporis Bessa patricius. Sciri verò, & Satagarij, & ceteri Alanorum cum duce suo nomine Candax Scythiam minorem, inferioremque Mœsiam acceperunt. Cuius Candacis Alanouum patris mei genitor Peria, id est, meus avus, notarius quousque Candax ipse diueret fuit, eiusque germane filius Guntbigis, qui & Baza dicebatur, magister militum, filius Andagis, filij Andala, de prosapia Amalorum descendens. Ego item (quamvis agrammatus) Iornandes, ante conuersionem meam notarius fui. Rugi verò, aliaque nationes nonnullae Biozimetæ, Scandipolim,

DE REB. GETICIS. IJI  
diopolim, vt incoherent, petiuere. Hernac quoque iunior Attila filius cum suis in extremo minoris Scythiæ sedes delegit. Emnedzar & Uzindur consanguinei eius in Dacia Ripensi. Uto & Iscalmus, qui ea potiti sunt, multiq̄ue Hunnorum passim proruentes tunc se in Romaniam dederunt. E quibus nunc vsque Sacromontisij & Fosatisij dicuntur.

## CAP. LI.

De Gothorū qui Minores dicuntur sedibus, & de Vulfila ipsorum pontifice, qui eos literis instituit.

**E**RANT siquidem & alij Gothi, qui dicuntur Minores, populus immensus, cum suo pontifice, ipsoque primatice Vulfila, qui eis dicitur & literis instituisse, hodieque sunt in Mœsia regione incolentes Eucopolitanam. Ad pedes enim montis gens multa sedit pauper & imbellis, nihil abundans, nisi armento diuersi generis pecorum, & pascuis, siluaque lignorum pa-

Iornandes  
scribit hęc de  
parentibus  
majoribusq̄  
suis, et de  
sua vite in-  
stituto.

rum habens tritici, caterarum specierum est terra fecunda. Vineas verò nec si sunt alibi, certi eorum cognoscent, ex vicinis locis sibi vinum negociantes. nam lacte aluntur.

## CAP. LII.

De Ostrogotharum variis post Attilæ mortem sedibus, in Pannonia. utque Attilæ filios irruentes propulsarint in Scythiam. Deque Ostrogotharum cum Romanis amicitia, obside pacis Constantinopolim misso Theoderico Theodemiri filio.

**P**LERIQUE ergo, ut ad gentem unde agitur reuertamur, id est Ostrogotharum, qui in Pannonia sub rege Vualemir eiusque germanis Theodemir & Vuidemir morabantur, quamuis diuisa loca, consilia tamen habuere vnita. Nam Vualemir inter Scarniungam & Aquam nigram fluuios, Theodemir iuxta lacum Pelsodis, Vuidemir inter vtrosque manebat. Contigit ergo, ut Attilæ filij contra Gothos,

DE REB. GETICIS. 153  
Gothos, quasi desertores dominationis suæ, velut fugacia mancipia requirentes venirent; ignarisque alijs fratribus super Vualemir solum irruerent. Quos tamen ille, quamuis cum paucis, excepit; diuque fatigatos ita prostravit, ut vix pars aliqua hostium remaneret, quæ in fugam versa, eas partes Scythiæ peteret quas Danubij armis fluentia prætermeant, quæ lingua sua Hunniuar appellant. Eoque tempore quum ad fratrem Theodemirem gaudij nuncium direxisset, eo mox die nuncius veniens felicius in domo Theodemiris reperit gaudium. Ipso siquidem die Theodericus eius filius quamuis de Erelieua concubina, bona tamen spei puerulus natus erat. Post tempus ergo non multum rex Vualemir, eiusque germani Theodemir & Vuidemir, consuetæ dum traderent dona à principe Marciano, quæ ad instar strenuæ gentis acceperunt, ut pacis fœdera custodirent, missa legatione ad imperatorem, vident Theodericum Triarij filium, & hunc gene-

re Gothico, alia tamen stirpe, non Amala procreatum, omnino florentem cum suis, Romanorumque amicitiiis unctum, & annua solennia consequentem, & se tantum despicere. Illico furore commoti arma arripiunt, & Illyricum penè totum discurrentes in prædam deuastant. Sed statim imperator animo mutato ad pristinam recurrit amicitiam, missaque legatione, tam præterita cum instantibus munera tribuit, quam etiam de futuro sine aliqua controuersa tribuere compromittit, pacisque obfidem ab eis, quem supra retulimus, Theodericum infantulum Theodemiris accepit. Qui iam annorum septem incrementa conscendens, octauum intrauerat annū. Quem dum pater cunctatus daret, patruus Valemir extitit supplicator, tantum ut pax firma inter Romanos Gothosque maneret. Datus igitur Theodericus obses à Gothis, ducitur ad urbem Constantinopolitanam Leoni principi. & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam imperialem habere.

CAP.

## CAP. LIII.

Ostrogothæ post Attilæ mortem in Satagas mouent. Hunnos, duce Dinzione Attilæ filio, obsistentes propulsant. Varia Ostrogotharum cum Sueuis & Sciris prælia. Walemiri mors. Sciri ad interuentionem deleti.

POSTQVAM ergo firma pax Gothorum cum Romanis effecta est, uidentes Gothi non sibi sufficere ea quæ ab imperatore acciperent solatia, simulque cupientes ostentare virtutem, cœperunt uicinas gentes circumcirca prædari: primo contra Satagas, qui interiorem Pannoniam possidebant, arma mouentes. Quod ubi rex Hunnorum Dinzio, filius Attilæ, cognouisset; collectis secum qui adhuc uidebantur quamuis pauci, eius tamen sub imperio remansisse, Ulzingures, Angisciros, Bittugores, Bardores, ueniens ad Bassianam Pannoniæ ciuitatem, eamque circumuallans, fines eius cœpit prædari. Quo comperto Gothi, ubi erant, expeditionemque

tionemque soluentes quam contra Satagas collegerant, in Hunnos conuertunt, & sic eos suis à finibus inglorios pepulerunt, viam ex illo tempore, qui remanserant Hunni, & vsque hætenus, Gothorum arma formident. Quiescente verò tandem Hunnorum gente à Gothis, Hunnimundus Sueuorum dux dum ad prædandas Dalmatias transit, armenta Gothorum in campis errantia depradauit, quia Dalmatius Sueuia vicina erat, nec à Pannoniis multum distabat, præsertim vbi tunc Gothi residebant. Quid plurimum? Hunnimundo cum Sueuis vastatis Dalmatias ad sua reuertente, Theodemir germanus Vualemiris regis Gothorum, non tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens ne Sueui si impunè hoc lucrarentur ad maiorem licentiam prosilirent; sic vigilauit in eorum transitu, ut intempesta nocte dormientes inuaderet ad lacum Pelsodis, confertoque inopinato prælio, ita eos oppressit, ut etiam ipso rege Hunnimundo

do capto, omnem exercitum eius, qui gladium euasissent, Gothorum subderet seruituti. Et dum multum esset amator misericordie, facta ultione, veniam condonauit, reconciliatusque cum Sueuis, eundem quem ceperat adoptans sibi filium, remisit cum suis in Sueuiam. Sed ille immemor paternæ gratiæ, post aliquod tempus conceptum dolum parturiens, Scirorum gentem incitauit, qui tunc supra Danubium considebant, & cum Gothis pacificè morabantur, quatenus scissi ab eorum fœdere, secumque iuncti, in arma prosilirent, gentemque Gothorum inuaderent. Tunc Gothis nihil mali sperantibus, præsertim de vtrisque amicis vicinis confisis, bellum insurgit ex improviso, coactique necessitate ad arma confugiunt; solitoque certamine arrepto, se suamque iniuriam vlciscuntur. In eo siquidem prælio rex eorum Vualemir dum equo insidens ad cohortandos suos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit, sessoremque suum deiecit; qui mox inimicorum lanceis



lanceis confossus, interemptus est. Gothi  
verò tam regis sui mortem, quam suam iniuriam à rebellionibus exigentes, ita sunt proeliati, ut penè de gente Scirorum, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hic cum dedecore non remansissent, sic omnes extinxerunt.

## CAP. LIIII.

Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus cum Sarmatis & Sciris, Gepidis & Rugis in Ostrogothas mouentes, maxima clade afficiuntur.

**Q**UORVM exitium Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus veriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Benga & Babai regibus suis auxiliariis eorum deuenissent, ipsasque Scirorum reliquias quasi ad ultionem suam acrius pugnaturas accersentes cum Edica & Vulfo eorum primatibus habuerunt simul secum tam Gepidas, quam ex gente Rugorum non parua solatia.

tia; cæterisque hincinde collectis, ingentem multitudinem aggregantes, ad annem Bolliam in Pannonus castrametati sunt. Gothi tunc Vualemire defuncto, ad fratrem eius Theodemir confugerunt. Qui quamuis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris potestatis insignia sumens, Vualemire fratre iuniore accito, & cum ipso curas belli partitus, coactus ad arma profiliuit; consertoque prælio, superior pars inuenitur Gothorum, adeo ut campus inimicorum corruentium cruore madefactus, ut rubrum pelagus appareret, armaque & cadauera in modum collium cumulatam, campum plus quam decem millibus oppleuerunt. Quod Gothi cernentes, ineffabili exultatione letantur, eo quod regis sui Vualemiris sanguinem & suam iniuriam cum maxima inimicorum strage vlciscerentur. De innumeranda verò variaque multitudine hostium qui valuerunt euadere, effugati vix ad sua inglorij peruenerunt.

CAP.

## CAP. LV.

Theodemirus rex in Sueuos mouet, eosque vastat & pene subigit. Theodoricus Theodemiri filius pene adhuc puer in scio patre Babai Sarmatarum regem adortus, interimit. Singidonum ciuitatem capit.

**P**OST certum verò tempus instanti hiemali frigore, annique Danubij solito congelato : ( nam istiusmodi fluminis ita rigescit, et in silicis modum vebat exercitum pedestrem, plaustraque & tragulas, vel quicquid vehiculi fuerit nec cymbarum indigeat lintre ) sic ergo cum gelatum Theodemir Gothorum rex cernens, pedestrem ducit exercitum; emensoque Danubio, Sueuis improvisus à tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Baio: baros habet, ab occidente Francos, à meridie Burgundiones, à septentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam adierant, ipsique alpes erectas omnino regentes : unde nonnulla fluenta Tanubio

nubio influunt, nimio cum sono vergentia. Hic ergo taliter munito loco, Theodemir rex hiemis tempore Gothorum ducebat exercitum, & tam Sueuorum gentem quam etiam Alemannorum utrasque ad inuicem foederatas deuicit, vastauit, & pene subegit. Inde quoque victor ad proprias sedes id est Pannonias reuertens, Theodericum filium suum, quem Constantinopolim obsidem dederat, à Leone imperatore remissum cum magnis numeribus gratanter excepit. Qui Theodericus iam adolescentiæ annos contingens, expleta pueritia, octauum decimum peragens annum, adscitis satellitibus patris, ex populo amatores sibi clientesque consociauit, pene sex milia viros; cum quibus in scio patre, emenso Danubio, super Babai Sarmatarum regem discurrit, qui tunc de Camundo duce Romanorum victoria potitus, superbie tumore regnabat, eumque superueniens Theodericus interemit, familiamque & censum depradans, ad genitorem suum

I cum

cum victoria repedauit. Singidonum de-  
hinc ciuitatem, quam ipsi Sarmatæ occu-  
passent, inuadens, non Romanis reddidit,  
sed suæ subdidit ditioni.

## CAP. LVI.

Ostrogothæ pertæsi pacis, Italiam, Gallias  
& Illyricum infestant. Theodemirus  
federe cum Romanis inito moritur.

**M**INVENTIBVS deinde hinc in-  
de vicinarum gentium spoliis;  
cœpit & Gothis victus vestitusque de-  
esse: & hominibus, quibus dudum bella  
alimoniam præstitissent, pax cœpit esse con-  
traria; omnesque cum clamore magno ad  
regem Theodemir accedentes Gothi orant,  
quacumque parte vellet ductaret exerci-  
tum. Qui accito Germano, missaque sorte,  
hortatus est, vt ille in partem Italiae, vbi  
tunc Glycerius regnabat imperator, ipse  
verò ceu fortior ad fortius regnum accede-  
ret orientale quidem, quod & factum est.  
Et mox Vuidemir Italiae terras intrauit,  
&

& extremum fati munus reddens, excessit  
rebus humanis, successorem relinquens re-  
gni Vuidemir filium suum. Quem Glyce-  
rius Imperator muneribus datis, de Italia  
ad Gallias transtulit, quæ à diuersis cir-  
cumcirca gentibus premebantur, adserens  
vicinos sibi Vesegothas eorum parentes  
regnare. Quid multa? Vuidemir acceptis  
muneribus, simulque mandatis à Glycerio  
Imperatore, Gallias tendit, seseque cum  
parentibus iungens Vesegothis, vnum cor-  
pus efficitur, & sic Gallias Hispaniasque  
tenentes suo iure defendunt, vt nullus si-  
bi alius prævaleret. Theodemir autem fra-  
ter senior cum suis transit Saum amnem,  
Sarmatis militibusque interminans bel-  
lum, si aliquis obstaret ei. Quod illi ve-  
rentes, quiescunt, inò nec prævalent ad  
tantam multitudinem. Videns Theodemir  
vndique sibi prospera prouenire, Nais-  
sum primam urbem inuadit Illyrici: filio-  
que suo Theoderico consociatus adstat, &  
in villam comites per castrum Hercules

transmittit Ulpianam. Qui venientes, tam eam, quam & opes mox in deditio- nem accipiunt, nonnullaque loca Illyrici inaccessibilia sibi tunc primum peruia faciunt. Nam Heracliam & Larissam ciuitates Thessaliae primum praeda capta, iure bellico potiuntur. Theodemir verò rex animaduertens tam felicitatem suam, quam etiam filij; nec hac tamen contentus, egrediens Naissitanam urbem, paucis ad custodiam derelictis, ipse Thessalonicam petiit, in qua Clarianus patricius à principe directus, cum exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Thessalonicam, nec se eorum conatibus posse resistere, missa legatione ad Theodemir regem, muneribusque oblati, ab obsidione eum urbis re- torquet. Initoque foedere, Romanus di- ctor cum Gothis loca eis iam sponte, que incolerent, tradidit, id est Ceropellas, Eu- ropam, Medianam, Petinam, Bereum, & alia quae Sium vocantur. Ubi Gothi cum rege suo armis depositis, composita pace quiescunt.

DE REB. GETICIS. 165  
quiescunt. Nec diu post hæc & rex Theo- demir in ciuitate Cerras fatali egritudine occupatus, vocatis Gothibus, Theodericum fi- lium regni sui designat heredem, & ipse mox rebus humanis excessit.

## CAP. LVII.

Theodericus Ostrogotharum rex à Ze- none Imp. Romam euocatur, ab eo ad- optatur, consulatu & Equestri statua donatur, Odoacrum in Hesperia ma- gna clade afficit. Insignia regis Ro- manorum assumit.

**T**HEODERICVM verò genti suae regem audiens ordinatum impera- tor Zeno, gratum suscepit, ei que euocatoria destinata, ad se in urbem venire precepit, digno que suscipiens honore, inter proceres sui palatij collocauit. Et post aliquod tem- pus ad ampliandum honorem eius in ar- ma, sibi eum filium adoptauit, de suis que stipendiis triumphum in urbe donauit; factus que est consul ordinarius, quod sum-

mum bonum, primumque in mundo de-  
 cus edicitur. nec tantum hoc; sed etiam  
 equestrem statuam ad famam tanti viri  
 ante regiam palatii collocauit. Inter hac  
 ergo Theodericus Zenonis imperio foedere  
 sociatus, dum ipse in vrbe bonis omnibus  
 frueretur, gentemque suam in Illyrico (vt  
 diximus) residentem, non omnino ido-  
 neam aut refertam audiret, elegit potius so-  
 lito more gentis suae labore quærere vi-  
 ctum, quam ipse ociose frui regni Romani  
 bona, & gentem suam mediocriter victi-  
 tare: secumque deliberans, ad principem ait.  
 Quamuis nihil deest nobis, imperio vestro  
 famulantibus: tantum si dignum ducit pie-  
 tas vestra, desiderium mei cordis libenter  
 excusdiat. Quumque ei vt solebat, familia-  
 riter facultas fuisset loquendi concessa,  
 Hesperia (inquit) plaga, quae dudum de-  
 cessarum praedecessorumve vestrorum re-  
 gimine gubernata est, & vrbs illa caput  
 orbis & domina, quare nunc sub regis  
 Turcilingorum & Rugorum tyrannide  
 fluctuat?

fluctuat? Dirige cum gente mea, si prae-  
 cis, vt hic expensarum pondere careas; &  
 ibi, si adustus à domino vicerò, fama ve-  
 strae pietatis irradiet. Expedi namque, vt  
 ego, qui sum seruus vester & filius, si vi-  
 cero, vobis donantibus regnum illud possi-  
 deam; haud ille, quem non nostis, tyranni  
 iugo senatum vestrum partemque repu-  
 blicae captiuitatis seruitio premat. Ego enim  
 si vicerò, vestro dono vestroque mune-  
 re possidebo: si victus fuero, vestra pietas  
 nihil amittit, imò (vt diximus) lucratur  
 expensas. Quo audito, quamuis agrè fer-  
 ret imperator discessum eius, nolens tamen  
 eum contristare, annuit quae poscebat, ma-  
 gnisque ditatum muneribus dimisit à se,  
 senatum populumque ei commendans Ro-  
 manum. Igitur egressus vrbe regia Theode-  
 ricus, & ad suos reuertens, omnem gen-  
 tem Gothorum, quae tamen ei praebuerat  
 consensum, assumens, Hesperiam tendit,  
 rectoque itinere per Sirmas ascendit, vici-  
 nas Pannoniae. Indèque Venetiarum fi-

nes ingressus, ad pontem Sontium nuncupatum castrametatus est. Quumque ibi ad reficienda corpora hominum iumentorumque aliquanto tempore resedisset; Odouacer armatum contra eum direxit exercitum. Quem ille, ad campos Veronenses occurrens, magna strage deleuit, castrisque soluitis, sine Italiae cum potiore audacia intrat; transactoque Pado amne ad Rauennam regiam urbem castra componit, tertio ferè miliario ab urbe, loco qui appellatur Pineta. Quod cernens Odouacer, intrus se in urbe communiuit; indeque subreptiuè noctu frequenter cum suis egrediens, Gothorum exercitum inquietat, & hoc non semel, nec iterum, sed frequenter, & pænè molitur toto triennio. Sed frustra laborat, quia cuncta Italia dominum iam dicebat Theodericum, & illius ad votum res illa publica obsecundabat. Tantùm ille solus cum paucis satellitibus, & Romanis qui aderant, & fame & bello quotidie intra Rauennam laborabat. Quod dum nihil proficeret,

proficeret, missa legatione, veniam supplicat. Cui & primum concedens Theodericus, postmodum hac luce priuauit. Tertioque, ut diximus, anno ingressus in Italia, Zenonisque imperatoris consulto priuatim habito, suaque gentis vestitum reponens, in signe regij amictus, quasi iam Gothorum Romanorumque regnator adsumit.

## CAP. LVIII.

De Theoderici regis vxore Audefleda & concubina, eiusque filiis & filiabus earumque cum variis regibus coniugio aliisque affinitatibus. Item de Mundone grassatore, & de tropheo de Francis parto.

**M**ISSA legatione ad Lodoic Francorum regem, filiam eius Audefledam sibi in matrimonio petit. Quam ille gratè libenterque concessit, suos filios Ildebertum, & Cheldepertum, & Thuidepertum credens hac societate cum gente Gothorum, inito foedere, sociari. Sed



non adeo pacis ad concordiam profuit ista  
coniunctio, quin sæpenumero propter Gal-  
lorum terras grauiter inter se decertati  
sunt, & nunquam Gothus Francis cessit,  
dum uiueret Theodericus. Antequam er-  
go de Audefleda sobolem haberet, natura-  
les ex concubina, quas genuisset adhuc in  
Mæstia, filias habuit, vnã nomine The-  
dicodo, & aliam Ostrogotho. Quas mox  
vt in Italiam venit, regibus vicinis in  
coniugio copulauit, id est vnã Alarico  
Vesegotharum, & aliam Sigismundo Bur-  
gundionum. De Alarico ergo natus est  
Amalaricus. Quem auus Theodericus in  
annis puerilibus vtroque parente orbatum  
dum fouet atque tuctur, comperit Eutha-  
ricum Viterichi filium, Beremundi &  
Toresmundi nepotem, Amalorum de stir-  
pe descendentem, in Hispania degere, iuue-  
nili etate, prudentia & virtute, corporis-  
que integritate pollentem. Ad se eum facit  
venire, eiq; Amalasuenthã filiam suã  
in matrimonio iungit. Et vt ad plenum  
progeniem

progeniem suã dilaret, Amalafredam  
germanã suã, matrem Theodati, qui  
postea rex fuit, Africæ regi Vuanvalo-  
rumque coniugem dirigit Trasemundo; fi-  
liãque eius, neptem suã Amalabergã  
Thuringorum regi consociat Hermenfredo.  
Petzamin quoque suum comitem inter  
primos electum ad obtinendam Sirmien-  
sem dirigit ciuitatem. Quã ille expulso  
rege eius Fransarico, filio Trasstile, retenta  
eius matre obtinuit. Indeque contra Sabi-  
nianum Illyricum magistrum militiæ, qui  
tunc cum Mundone parauerat conflictum,  
ad ciuitatem cognomine Margoplano, quæ  
inter Danubium, Martianumque flumi-  
na adiacebat, cum duobus millibus pedi-  
tum, equitibus quingentis, in Mundonis  
solatia veniens, Illyricianum exercitum de-  
moliuit. Nam hic Mundo Attilanis quor-  
dam origine descendens, Gepidarum gen-  
tem fugiens, ultra Danubium in incultis  
locis, sine ullis terræ cultoribus debaccha-  
tur. Et plerisque abactoribus, Scamaris-  
que

que & latronibus vndecunque collectis,  
 turrim que Herta dicitur, supra Danubij  
 ripam positam, occupans, ibique agresti ri-  
 tu prædans vicinos, regem se suis grassa-  
 toribus nuncupat. Hunc ergo pæne despe-  
 ratum, etiam de traditione sua delibera-  
 tem, Petz a subueniens, è manibus Sabinianeripuit, suoque regi Theoderico cum  
 gratiarum actione fecit subiectum. Non  
 minus trophæum de Francis per Hibbam  
 suum comitem in Gallijs acquisiuit, plus  
 xxx millibus Francorum in prælio captis.  
 Nam & Thiodem suum armigerum post  
 mortem Alarici generi, tutorem in Hispania regno Amalarici nepotis constituit.  
 Qui Amalaricus in ipsa adolescentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum  
 vita amisit. Post quem Thiodis tutor eiusdem regnum ipsum inuadens, Francorum  
 insidiosam calumniam de Hispanijs pepulit, & vsque dum viueret Vefegothas  
 continuit. Post quem Thiodiglossa regnum adeptus, non regnans defecit, occisus  
 à suis.

à suis. Cui succedens Hattenus agil, continuat regnum. Contra quem Athanagildus insurgens Romani regni concitat vires. Vbi & Liberius patricius cum exercitu destinatur. Nec fuit in parte occidua gens, que Theoderico, dum viueret, aut amicitia aut subiectione non deseruiret.

## CAP. LIX.

Theodericus rex senex Athalaricum filie sue Amalafuenthæ filium patre orbum regem denunciat, Athalarico immatura morte sublato mater Theodatum consobrinum suum regem instituit. qui illam in insulam quandam relegat, vbi strangulatur.

SED postquam ad senium peruenisset, & se in breui ab hac luce egressurum cognosceret, conuocans Gothos comites, gentisque sue primates, Athalaricum infantulum adhuc vix decennem filium filie sue Amalafuenthæ, qui Eutarico patre orbatu erat, regem constituit, eis que

*in mandatis dedit, ac si testamentali voce denuntians, ut regem colerent, Senatam populumque Romanum amarent, principemque orientalem placatum semper propiciamque haberent. Quod preceptum quamdiu Athalaricus rex eiusque mater viverent, in omnibus custodientes; penè per octo annos in pace regnarunt. quamvis Francis de regno puerili desperantibus, imò in contemptu habentibus, bellaque parare molientibus, quòd pater & avus Gallias occupasset, eis concessit. Cetera in pacis tranquillitate possessa. Dum ergo ad spem iuventutis Athalaricus accederet, tam suam adolescentiam, quam matris civitatem orientis principi commendavit: sed in brevi infelicissimus immatura morte præventus, rebus humanis excessit. Tum mater, ne pro sexus sui fragilitate à Gothis sperneretur, secum deliberans, Theodatum consobrinum suum germanitatis gratia accersitum à Thuscia, ubi priuata vita degens, in laboribus propriis erat, in regnum collocavit.*

*uit. Qui immemor consanguinitatis, post aliquantum tempus à palatio Ravennate abstractam, in insulam laci Bulsinensis eam exilio relegavit. Ubi paucissimos dies in tristitia degens, ab eius satellitibus in balneo est strangulata.*

## CAP. LX.

*Belisarius à Iustiniano imp. aduersus Gothos cum exercitu mittitur. Siciliam occupat. Gothi Witigim regem sibi eligunt. Theodatum interficiunt. Witigis Rauennam cum Mathafuenta regisque opibus dedit Romanis.*

**Q**UOD dum Iustinianus imperator orientalis audisset, quasi susceptorum suorum mors ad suam iniuriam redundaret, sic est commotus. Eodem namque tempore de Africa à Vuandalis quum per fidelissimum suum Belisarium patricium reportaret triumphum, nec mora, in ipso tempore madentibus adhuc armis cruore Vuandalico, contra Gothos per eundem

dem ducem mouit prociuentum. Qui dux  
 prudentissimus haud secus arbitratur Ge-  
 tharum subigere populum, si prius nutri-  
 cem eorum occupasset Siciliam; quod &  
 factum est; Trinacriamque ingresso, mox  
 Gothi qui Syracusanum oppidum inside-  
 bant videntes se nihil praeualere, cum suo  
 duce Sinderich vltro se Belisario dedide-  
 runt. Quumque ergo Romanus ductor Si-  
 ciliam peruasisset, Theodatus comperiens  
 Euermor generum suum cum exercitu ad  
 fretum, quod inter Campaniam Siciliamque  
 interiacet, & de Tyrreni maris sinu va-  
 stissimus Hadriaticus aestus euoluitur, cu-  
 stodiendum dirigit. Ubi cum Euermor ac-  
 cessisset, ad Rhegium oppidum castra com-  
 posuit. Nec mora, deterioratam causam  
 cernens suorum, ad partes victoris cum  
 paucis & fidelissimis famulis consciis mo-  
 uit, vltroque se Belisarij pedibus aduol-  
 uens, Romani regni optat seruire principi-  
 bus. Quod Gothorum exercitus sentiens,  
 suspectum Theodatum clamitat regno pel-  
 lendum,

lendum, & sibi ductorem suum Vuiti-  
 gim, qui armiger eius fuerat, in regem le-  
 uandum. quod & factum est. Et mox in  
 campis barbaricis Vuitigis in regnum le-  
 uatus Romam ingreditur, praemissisque  
 Rauennam fidelissimis sibi viris, Theoda-  
 ti necem mandat. Qui venientes, im-  
 perata sibi perficiunt, & occisum Theo-  
 datum regem, qui à rege missus aduenie-  
 bat, ut adhuc in campis barbaricis erat,  
 Vuitigim populis nunciat. Inter hac Ro-  
 manus exercitus emerso freto, Campa-  
 niam accedens, subuersaque Neapoli, Ro-  
 mam ingreditur; unde ante paucos dies  
 rex Vuitigis egressus, Rauennam profe-  
 ctus, Mathasuentam filiam Amalasuen-  
 the, Theoderici quondam regis neptem, si-  
 bi in matrimonium sociarat. Cumque his  
 nouis nuptiis delectatus, aulam regiam fo-  
 uet Rauennae, Romae egressus imperialis  
 exercitus, munita vtriusque Thusciae loca  
 inuadit. Quod cernens per nuncios Vui-  
 tigis, Cumunilam ducem Gothorum ma-

nu armis conferta mittit Perusiam. Ubi dum magnum comitem cum paruo exercitu residentem, obsessione longa euellere cupiunt; superueniente Romano exercitu, ipsi euulsi & omnino extincti sunt. Quod audiens Vuitigis, ut leo furibundus, omnem Gothorum exercitum congregat, Rauennamque egressus, Romanas arces obsidione longa fatigat. Sed frustrata eius audacia, post XIII menses ab obsidione Romana urbis aufugit, & se ad Ariminensem oppressionem preparat. Vnde pari tenore frustratus fugatusque Ra-uennam se recepit; & obsessus, nec mora, vltro se ad partes dedit victoris, cum Mathasuentha iugali, regisque opibus. Et sic famosum regnum, fortissimamque gentem, diuque regnantem, tandem deinde millesimo & trecentesimo anno victor gentium diuersarum Iustinianus imperator per fidelissimum consulem vicit Belisarium, & perductum Vuitigim Constantinopolim patricij honore donauit. Ubi

plus

plus biennio demoratus, imperatorisque in affectu conuictus, rebus excessit humanis. Mathasuentam vero iugalem eius fratri suo Germano patricio coniunxit imperator. De quibus postumus patris Germaninatus est filius, item Germanus. In quo coniuncta Anitiorum gens cum Amala stirpe, spem adhuc viriusque generis domino prestante promittit. Huc usque Getarum origo, ac Amalorum nobilitas, & virorum fortium facta, ac laudanda progenies laudabiliori principi cessit, & fortiori duci manus dedit: cuius fama nullis seculis, nullis silebitur atatibus. Sic victor ac triumphator Iustinianus imperator, & consul Belisarius, Vandalici, Africani, Geticique dicuntur. Hac qui legis, scito me veterum secutum scripta, ex eorum spaciosis pratis paucos flores collegisse, vnde inquirenti pro captu ingenij mei coronam contexerem. Nec me quis in fauorem gentis predictae, quasi ex ipsa trahentem originem, aliqua addidisse credat,

M 2

quam

quàm quæ legi aut comperi. Nec si ta-  
men cuncta quæ de ipsis scribuntur aut  
referuntur complexus sum: nec tantum  
ad eorum laudem, quantum eius laudem,  
qui vicit, exponens.

S I D O.

## SIDONIUS AGRICOLÆ

S V O S.

De Theoderica rege Gothico.

**S**ÆPENVMERO postulauisti, vt quia  
Theoderici regis Gothorum com-  
mendat populis fama ciuilitatem,  
literis tibi formæ suæ quantitas, vitæ qua-  
litas significaretur. Pareo libens, in quan-  
tum epistolaris pagina finit, laudaturus vi-  
tæ tam dulcatæ sollicitius ingenuitatem.  
Ipse etenim est & illis dignus agnosci,  
queis cum minus familiariter conuiuatur.  
ita personam suam deus arbiter, & ratio  
naturæ, consummata felicitatis dote so-  
ciata cumulauerunt. Mores autem huius-  
cemodi, vt laudibus eorum nihil ne regni  
quidem defraudet inuidia. Si forma quæ-  
ratur, corpore exacto, longissimis breuior,  
procerior eminentiorque mediocribus.  
Capitis apex rotundus, in patulum à pla-  
nicie frontis in verticem cæsaries refuga  
crispatur. Ceruix non sedet neruis, gemi-  
nos orbes hispidus superciliorum coronat  
arcus. Si verò cilia flectantur, ad malas  
medias palpebrarum margo propè per-  
uenit. Aurium legulæ, sicut mos gentis est,

M 3

crinium



crinium superiacentium flagellis opperiantur Nasus venustissime incuruus. Labia subtilia, nec dilatatis oris angulis amplata Palis intra narium antra fruticantibus cotidiana succisio. Barba concavis hirta temporibus, quam in subdita vultus parte surgentem stirpitis tonsor assiduus genas adusque forficibus euellit. Menti, gutturis, colli non obesi, sed succulenti. lactea cutis, quæ propius inspecta iuuenili rubore suffunditur. Nanque hunc illi crebro colorem non ira, sed verecundia facit. Teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulæ manus, recedente aliopectus accedens, arcam dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat: tuberosum est vtrunque musculis prominentibus latus, in succinctis regnat vigor ilibus, corneum femur, internodia poplitum bene mascula, maximus in minime rugosis genibus honor, crura suris sulcata turgentibus, & qui magna sustentat membra, pes modicus. Si actionem diurnam, quæ est forinsecus exposita, perquiras: antelucanos sacerdotum suorum cæcus minimo comitatu expetit, grandi sedulitate veneratur: quumque sit sermo

secretus,

secretus, possis animaduertere, quod seruet istam pro consuetudine potius quam pro ratione reuerentiam. Reliquum mane curæ administrandi regni sibi deputat. Circumsistit sellam comes armiger, pelltorum turba satellitum ne absit, admittitur, ne obstrepat, eliminatur: sicque proforibus immurmurat exclusa velis, inclusa cancellis. Inter hæc intromissis gentium legationibus, audit plurima, pauca respondet. Si quid tractabitur, differt: si quid expeditur, accelerat. Hora secunda surgit è folio, aut thesauris inspiciendis vacaturus, aut stabulis. Si venatione nunciata procedit, arcum lateri innectere citra grauitatem regiam iudicat; quem tamen, si cominus auem feramque aut venanti monstres aut vianti, manui post tergum reflexæ puer inserit, neruo lorové fluitantibus: quem sicut puerile computat gestare thecatum, ita muliebri accipere iam tensum. Igitur acceptum modò insinuat is è regione capitibus intendit, modò ad talum pendulum nodi parte conuersa, languentem chordæ laqueum vagantis digito superlabante prosequitur, & mox spicula capit, implet, expellit, quidve cupias

percuti prior admonet. eligis quid feriat, quod elegeris, ferit. Quòd si ab alterutro errandum est, rarius fallitur figentis ictus quàm destinantis obtutus. Si in conuiuio venit, quod quidem diebus profectis simile priuato est, non ibi impolitam congeriem liuentis argenti mensis sedentibus suspitiosus minister imponit. Maximum tunc pondus in verbis est; quippe quum illic aut nulla narrantur aut sceria; Toreumatum peripetasmatumque modo conciliata profertur supellex, modo byssina. Cibi arte non precio placent: fercula nidore, non pondere. Scyphorum & paterarum raras oblationes facilius est vt accuset sitis quàm recuset ebrietas. Quid multis? Videas ibi elegantiam Græcam, abundantiam Gallicanam, celeritatem Italicam, publicam pompam, priuatam diligentiam, regiam disciplinam. De luxu autem illo sabbatario narrationi meæ super sedendum est, qui nec latentes potest latere personas. Ad cœpta redeatur. Dapibus expleto somnus meridianus sæpe nullus, semper exiguus. Quibus horis viro tabula cordi est, tesseras colligit rapidè, inspicit sollicitè, voluit argutè, mit-

tit

tit instantè, ioculante compellat, patienter expectat. In bonis iactibus tacet, in malis rider, in neutris irascitur, in vtrisque philosophatur. Secundas fastidit vel timere vel facere. Quarum opportunitates spernit oblatas, transit oppositas, sine motu euaditur, sine colludio euadit. Putes illum & in calculis arma tractare. Sola est vna cura vincendi. Quum ludendum est, regiam sequestrat tantisper seueritatem. Hortatur ad ludum, libertatem, communionemque. Dicam quod sentio, timet timeri. Denique oblectatur commotione superati; & tunc demum sibi cessisse collegam credit, quum fidem fecerit victoriæ suæ bilis aliena. Quodque mirete, sæpe illa lætitia minimis occasionibus veniens ingentium negociorum merita fortunat. Tunc petitionibus diu antè per patronorum naufragia iactatis absolutionis subitæ portus aperitur. Tunc ego etiam aliquid obsecraturus feliciter vincor, quando mihi ad hoc tabula perit, vt: causa seruetur. Circa nonam recrudescit moles illa regnandi, redeunt pulsantes, redeunt summoentes, vbique litigiosius fremit ambitus, qui tractus in vesperam cœna regia

M 5

inter-

interpellante rarefcit, & per aulicos deinceps per patronum varietate difpergitur, ufque ad tempus concubiae noctis excubaturus. Sane inermittuntur (quanquam raro) inter cenandum mimici fales, ita vt nullus conuiuia mordacis linguæ felle feriatur. Sic tamen, quòd illic nec organa hydraulica fonant, nec fub phonaſco vocalium concordus meditaturn acroama fimul intonat. Nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus, tympaniſtria, plaltia canit. Rege ſolum illis fidibus delinito, quibus non minus mulcet virtus animum quàm cantus auditum. Quum ſurrexit, inchoat nocturnas aulica caſa cuſtodias. Armari regiae domus aditibus aſſiſtunt, quibus horæ primi ſoporis vigilantur. Sed iam quid meas iſtud ad partes qui tibi indicanda non multa de regno, ſed pauca de rege promiſi. Simul & ſtilo finem fieri decet, quia & tu cognoſcere viri non amplius quàm ſtudia perſonamque voluisti: & ego non hiftoriam ſed epiſtolam conficere curauit. Vale.

CON-

CONRADI PEVTINGERI

Augustani

DE INCLINATIONE

ROMANI IMPERII,

& exterarum gentium, præcipuè Germanorum commigrationibus,

E P I T O M E.

**A**THALARICVS ex celeberrima Baltborum familia ortus, à Vniſigobthis ſtipendio eorum, quod Athararico rege defuncto iam annis xxv, ſub ducibus Caſ. meruiſſent, Stiliconis perfidia exautoratus, rex conſtitutus, Thracia vaſtata Radagaſi Gothi, poſtea in Apennino interempti, exercitui in Pannonia coniunctus, ipſam mox Pannoniam, Illyricum, Noricum, & tandem Italiam ferro & igne populatus, ſædere iccto, à Caſ. Honorio Aug. Gallie partem obtinuit. abiens Saulum Hebraeum copiarum ducem contra ſe per Stiliconem miſſum proſtigauit. Inde factus ferocior, urbem Romanam gentium vietricem (eius tamen templa iam Chriſtianae religioni dicata obſeruans inuiolata) anno poſtquam condita eſt centefimo ſexageſimo quarto

ſupra

supra millesimum, Christiana verò salutis  
 CCCCXII. Kal. Aprilis, diripuit atque incendit,  
 & post tertium siue sextum diem ornatus pra-  
 da eam dimittens, Galliam Placidiam Cas-  
 theodosij & Flacilla Augusta siliam secum  
 captiuam ducens in Forocornely Ataulpho  
 propinquo suo copulauit. Campaniam, Luca-  
 niam, & Bruttiam deuastando, Consentia de-  
 mum in fata concessit. cuius corpus, ne refos-  
 sum dilaniaretur; accolae in alueo fluminis Bu-  
 senti sepulchro condiderunt. Habuerunt postea  
 Gothi sedes apud Vascos in prouincijs Tolo-  
 sanis & Auxitanis. Interim etiam Vuedegis-  
 lus rex cum Vandalis suis & Germanis Bur-  
 gundionibus; cum quibus commilitium fecere  
 Alani, Scythae origine, cohabitatione tamen  
 Vuandalis proximi: Sueui item à Cas. Augu-  
 sto in citeriorem Rheni ripam translati, denudò  
 Gallias atque Hispanias ingressi sunt. Burgun-  
 diones apud Belgas, Aeduos; Lingones, Reson-  
 tios, Matiscomenses, & Cabilomenses sedes à  
 Burgis vicatim constitutis fixerunt. Francos  
 Germanos Rhenum etiam transmissos, in Gal-  
 liasque irruentes; propter veteres similitudines, in  
 patriam eorum Germanicam, Francoriam re-  
 pulerunt, Vandalis, Alanis atque Sueuis Hi-  
 spanias occupantibus: ex diuisione Vuandali  
 Bethicam

Bethicam à nomine eorum Vandulosiam di-  
 ctam, mox etiam Africam Genserico eorum re-  
 ge, Alani Emeritam, Augustam Lusitaniam  
 cum omni Gallicia, & Sueni Olixipponem obti-  
 nerunt. soli Austures atque Cantabri tunc in  
 Romanorum fide permanserunt. Ad Sueuos de-  
 inde Gallicia defecit. Regnauerunt eo loci annis  
 circiter CLXXVII. donec eandem Lusitanorum  
 partem Andeta Suenorum rege pulso, Lenogil-  
 dus Gothorum rex cum Liba fratre eius occupa-  
 uit. Francos sub Cas. Valentiano Aug. III,  
 cum ducibus eorum Clodione & Merueo de-  
 nudò Rheno transmissos, capta primùm Carbo-  
 naria silua, & oppidis Cameraco atque Torra-  
 co, regnum in Senonum prouincia apud Aure-  
 lianos & Parrisios constituerunt. & eam par-  
 tem, quae inter Rhenum & Mosam, Au-  
 striam: & Mosam inter, & Ligerim est sita,  
 Neustriam (vel ut potius credo) Vuestriam à  
 nominibus Germanis vocabant. Inde Franco-  
 num vniuersum regnum Orientale Austria  
 Osterrich, Occidentale Vuestria Vuesterrich  
 dictum: quod etiam quisque eruditus monu-  
 menti publicis facile comprobare poterit. Nec  
 Hunnis, Scythis spes commigrandi tunc defuit.  
 hi enim Pannonias, quas pacto à Longobardis  
 habuerant, Attila duce egressi, cum Vuestgothis,

Marcoman-

Marcomannis, Quadis, Suenis, Herulis, Turcilingis & Rugis, per mediam ferè Germaniam, & etiam Rhenum transgressi, caeso Gundario Burgundionum rege, in campis demum Catalaunicis cum Romanis, Francis, Alanis, Gothis, Saxonibus, Lutetianis, Armoritanis, Riparolis, Olibronibus, Sarmatis, Britanibus, & Lambrianibus conflictu acto, strage maxima commissa, in Pannoniam retrocesserunt. Mox deinde Italiam ingressi, Aquileia vi capta, Venetia prouincia deuastata, Rauennates in deditiorem coegerunt. Sed Leonis Pont. Max. precibus denuò, unde exierant, redierunt. Sic regnorum interitus, & funditus excussa imperia, nihilq. in terris perpetuum. sed de Langobardorum commigratione ad Paulum Diaconum lectorem remittamus.

## NOMINA AVTHORVM

qui à Iornande citantur.

Ct. Ptolemaus.	7, 8	Orosius.	10, 29, 66
Cor. Tacitus.	6	Prisus historicus.	67, 98, 121, 144
Cyprianus lib. de Mortalitate.	57	Strabo.	5
Demippus historicus.	62	T. Lanius.	4
Dio.	6, 81	Trogus Pompeius.	13
Dionis Getica.	29, 29, 24	Symmachus insignis locus de oratione Maximini, & quibus modis ad Imperium peruenit.	45, 46, 47.
Dionysius historicus.	57	Virgilius.	3, 19, 25
Fabius historicus.	33		
Josephus Annales.	11		
Lucianus.	20		

INDEX

INDEX  
RERVM ET VERBORVM

MEMORABILIVM

Quæ

IORNANDIS DE REB. GETICIS

LIBRO continentur.

A.	hem Roma subsequuta, Attilam ab eius obfisione deterrit 123 mira eius in fluminij cuiusdam alueo sepultura. 87
ABLABIVS	descripserat Gothorum gentis egregius. 13, 24, 65.
Achiulfus	Suenis præficar 129, eius defectio, & supplicium. 129, 130
Adogit,	gens Scanzie. 8
Amylianus Imp.	Mæfiam vallat. 57
Altrogothorum	sedes. 66
Aetius patricius,	Romanorum dux, Sueuorum & Francorum superbiam domuit. 97, eius prudentia aduersus Attilam. 105
Aganzix	gens Scanzie. 10
Agazzirorum	sedes. 17
Alaba; Alana;	Maximini Imperatoris mater. 45
Alani & Wandali	è Gallis Hispanias perunt 88, 89, Scythiam minorem sedes à Marciano accipiunt. 150
Alanus graui	armatura aciem instruit. 148
Alaricus Erulorum	rex. 65
Alaricus III.	Vefegothorum rex, ex Balcharu genere. 81
Alaricus in Africam	cum spoliis Italice cogitant moritur. 86 eius mortis expugnatio-
	hem Roma subsequuta, Attilam ab eius obfisione deterrit 123 mira eius in fluminij cuiusdam alueo sepultura. 87
Alaricus Vefegothorum	rex Theudicodo Theoderici regis filiam vxorem ducit. 170
Alatheus Vifegothorum	dux. 74
Aleidzuri,	gens Scythia. 69
Alemanni	Sueuis iuncti aduersus Oitrogothas. 160
Alipzuri	gens Scythia. 69
Alys fl.	Garganium præterfluit. 25
Amalaberga	Hermestedi vxor. 171
Amalafieda,	Theoderici regis soror, Trasemundo nubit. 171
Amalaricus	Theoderici nepos motitur. 172
Amalefuenta	Eutharici vxor 141, 170 secundis nuptiis Germano fratrueli Iustiniani nubit 141 Theodatum consobrinum regem instituit 174 in insulam à Theodato relegantur. 175
Amalorum	familia. 20
Amazones	à Gothis ortæ 20 à Melanc plus dolo quam virtute



virtute subactis 29 ad Alex.  
Magnum vsq. regnarunt. 29  
Asiam per centum annos tenuerunt. 25, 26  
Amazones. Gothorum femine absentibus maritis, variationum hostium incursum fortiter resistunt. 24  
Rylas Calpias occupant 25  
Scytharum vxores 20, 21  
templum Dianæ Ephesi condiderunt 25  
Venationis & sagittandi studiosi. 25  
Amazonum ad cautes Marpeas reditus. 26  
Amphesus fons in Danubium fluens cum amarum reddit. 21  
Anchialos ad radices Hæmi 60 à Gothis occupata. 60  
Andages Ostrogotha. 115  
Angisciti Hunnica natio. 155  
Anisiorum cum Amala stirpe coniunctio. 179  
Anses, Gothorum proceres disci, quasi Semidei. 41  
Antarum rex Box cruci affixus. 138, 139  
Antes Winidarum natio. 16  
Antrum sedes. 26  
Antriregius Gothorum rex. 32  
Aoricus Gothorum rex. 62  
Aqua nigra fl. Pannoniæ. 152  
Aquilaia metropolis Venetiæ ab Attila obsessa 121 eius situs 121 vastata. 122  
Araricus Gothorum rex. 62  
Araxes fl. 27  
Ardabur Gothus. 133  
Ardaricus Gepidarum rex 110  
Ellac Attilæ filium in prælio interfecit. 148  
Atix Goth. rex. 12  
Acochitanii gens Scanzia. 10  
Alconis fossa. 82  
Aspar Gothus. 133  
Athauphus Vefogothorum rex 89  
Placidium Theodosii Imp. germanam vxorem ducit. 90  
Athauphus II. Vefogoth. rex

ex Italia in Gallias transit 89  
inde in Hispaniam 89, ibi interfecit. 89  
Athalaxicus infantulus rex instituitur 173, eius mors. 174  
Athalaticus Ostrogotha, Vederici filius. 141  
Athanagildus. 173  
Athanagildus Vefogothorum rex à Theodosio Constantino-polim euocatus; magnisque honoribus viuis & mortuus ab eo afficitur. 79  
Athelnii gens Scanzia. 10  
Athal gens. 64  
Attila desperandus pyram sibi à sellis equinis struitur, Aquileiam obsidet. 111  
Attila fratris sui nece viuens, Hunnos subingat. 100  
Attila pace certis conditionibus promissa, Italia excedit. 124  
Attila se plaustris vallat aduersus Romanos & Vefogothas. 115  
Attilæ arcus fractus ipso moriente à Marciano in somno visus. 143, 144  
Attilæ exercitus 500000 militum. 100  
Attilæ filij, integer penè populus. 146  
Attilæ mors. 142, 143  
Attilæ mortem contentio inter successores sequuta. 146  
Attilæ pater Mundzucus 99, germani Ostar & Roas. 99  
Aucha fluuius. 54  
Audeffeda Lodoici Franco-rum regis filia, Theoderici regis vxor. 163  
Auge soror Priami, Telephimarer. 30  
Auri Hunnica gens. 17  
Aulziagri Hunnica gens. 17  
BABA Sarmatarum rex. 158  
Balamir rex Hunnorum 71, Wintharium Ostrogothorum regem prælio vincit. 139  
Baleares

Baleares insula. 3  
Baleha Gotthis audacem significat. 81  
Baltharum genus post Amallos nobilissimum inter Gothos. 20, 81  
Bardores Hunnica natio. 155  
Bassiana Pannoniæ ciuitas. 155  
Beata insula. 3  
Beisarius à Iustiniano Imperatore contra Gothos mittitur cum exercitu 175  
Siciliam occupat. 176  
Bellagines, vocantur leges Gothorum. 37  
Bereum in Illyrico. 164  
Bergio, gens Scanzia. 10  
Berich Gothorum è Scanzia rex. 11  
Berimund Ostrogotha. 140  
Bessa patricius. 150  
Beuga Sarmatarum rex. 158  
Beurgus Alanorum rex. 132  
Biteagores Hunnica natio. 155  
Bliuidas seu Bliuilas dux Penapolitanus. 150  
Boisici gens Scythia. 69  
Bollia fl. Pannoniæ. 159  
Bonifacius Gifericum Wandalorum regem in Africam inuitat. 92  
Bontæ, natio prope Daciâ. 39  
Boristhenes annis. 20, 21  
Box Antarum rex cum 1000 primatibus à Winthario cruci affixi. 138, 139  
Britania nebulis obnoxia. 56  
Britanniæ insula situs. 45  
Britones Romanis auxilio veniunt aduersus Vefogothas. 132, 133  
Brutorum regionis situs. 86  
Bubegentæ gens. 64, 65  
Bulgarorum sedes. 17  
CÆSAR Hunnos subigere nequiuit. 36  
Calidonia. 27  
Cambyses fl. 27  
Camudus Romanorum dux. 161  
Candax Alanorum dux. 150

Capillari Gotthis vocabantur, qui sacerdotes nõ essent. 38  
Caris gens. 64  
Carpi, gens bellicosissima. 49  
Castrum Herculis in Illyrico. 165  
Castrum Martena in Illyrico. 150  
Catalaunici campi siue Mauricij prælio Romanorum cum Attila nobiles 106 in eo 16000 caesa. 119  
Caucasi montis variz apud varias nationes appellati ones. 27  
Cemandris sedes à Marciano data. 150  
Ceropellæ in Illyrico. 164  
Cerras ciuitas Illyrici 164 in ea moritur Theodemirus. 165  
Chalcedonia à Gothis subuerfa. 59  
Chrinorum montes. 25  
Ciconiarum ab Aquileia obsessa auolantium auxurgium ab Attila sumpsum. 122  
Clarianus patricius. 164  
Cniua rex Gothorum variis bellis Romanos atterit 95, Decium cædit. 96  
Cogeni gens Scanzia. 10  
Coldæ gens. 65  
Comonicus philosophus, Dicerit apud Gothos successior. 38  
Condiniani pons prope Ra-uennam. 82  
Constantius ab Honorio Imp. aduersus Valiam Vefog. regem mittitur. 92  
Consulatus Rom. summa dignitas. 165, 166  
Cresenz al. Scresenfenna gens Scanzia. 9  
Cumunila Gothorum dux. 177  
Cyrus Persarum rex Thamiis Goth. reginæ bellum infert. 31, 32, & vincitur. 31, 32.  
Cyllus fl. 27  
D A C I A, aliis Gepidia dicta. 39  
Dacia in Scythia. 15  
N Dacia



Dacia antiquæ situs. 39  
 Danaster, fl. Dacia. 16  
 Dani è Scanzia oriundi. 19  
 Danubius, siue Hister. 16  
 Danubius ad medium sui dulcis & potabilis 21 gelu-  
 llicis in modum rigescit. 160,  
 ions paruus in eum fluens  
 eum amarum reddit 21 eius  
 descriptio 39, 40 ortus  
 eius 21, ostia 21  
 Danubius fluiorū maximus  
 præter Nilum. 40  
 Darius Persarum rex Gothis  
 bellum infert, & fuga Thra-  
 ciam petit. 32, 33  
 Decij ara, vnde dicta. 36  
 Decius à Cæiua Gothorum  
 rege casus. 36  
 Dertona. 132  
 Diana Ephesina templum à  
 Gothis succensum 39 ab  
 Amazonibus prius extru-  
 ctum. 25  
 Dicencus Boroista, philoso-  
 phus Goth. 18. eius in Go-  
 thiam aduentus 35, summa  
 eius apud Gothos authori-  
 tas 36. Philosophiam om-  
 nem & Astronomiam eos  
 docuit 36, 37, 38. Leger eis  
 præscripuit 3. non solum  
 medicis, sed & togibus  
 imperabat. 38  
 Dizio Artile filius ab Ostro-  
 gothis casus. 135  
 Dissidia perniciofa. 148  
 Dominis etiam iniusta iuben-  
 tibus parendum. 142  
 Domitiani Imp. expeditio in  
 Gothos. 41  
 Dorostena ciuitas Mæsiæ. 97  
 Drices fluius. 98  
**E**BRIMAVS Theodati ge-  
 ner Belisario se dedit. 176  
 Elica Scitorum dux. 138  
 Ellac Artile filius à Gepidis  
 cecidit. 148  
 Emedzar Artile consanguini-  
 neus in Dacia confedit, 151

Eneti, id est laudabiles, forte  
 àneth: 81. Rauenez iam  
 olim possessores. 81  
 Erac flumen. 139  
 Eridanus rex fluiorū. 81  
 Ermanaric rex anno. etatis  
 suæ ex. mortuus. 71  
 Erelieua Theodemiri Ostro-  
 gotha concubina. 153  
 Eruli à Danis suis sedibus ex-  
 pulsū io. leui armatura  
 aciem instrunt. 148  
 Etulorum sedes. 65  
 Esteda, id est curus falcari. 7  
 Ethelrugi, gens Scanzia. 19  
 Ethern, al. Theron. vrbis in  
 Taprobana. 2  
 Ethesparmaia apud Gothos ce-  
 lebris. 29  
 Euageraz, gens Scanzia. 10  
 Euticus Vesogotharū rex. 131  
 Europa in Illyrico. 164  
 Eurypylus Telephi filius. 31  
 Eutharicus Ostrogotha Wit-  
 richi filius Amalefuentam  
 filiam Theoderici regis  
 Ostrog. vxorem ducit. 145  
**F**ASTIDA rex Gepidarum  
 Gothis bellum infert. 52  
 Ferula Artile mortui pri-  
 mūm auro, secūdo argento,  
 tertio ferro cōmunita. 145  
 Feruit, gens Scanzia. 10  
 Filimer Goth. rex. 12  
 Filimer rex Scythiæ. 18  
 Filogud Goth. rex. 12  
 Finnaithæ, gens Scanzia. 10  
 Finni gens Scanzia mitissima.  
 10  
 Fœderati Rom. Gothi. 62  
 Fortunata insula. 131  
 Fosatissi, ab Hannis. 131  
 Franci & Gepidæ mutuis vul-  
 neribus concidit ad 50000,  
 119  
 Fridigerus apud Gothos ce-  
 lebris. 10  
 Fridigerus Visogothorum  
 dux. 74  
 Froilas Bliuida frater. 350  
 Fuscus

Fuscus Romanorum dux à  
 Gothis casus. 41  
**G**ALLICIAE promtorum,  
 Insula à quibusdam ap-  
 pellarum. 3  
 Gallicia situs. 127  
 Galthia oppidum. 55  
 Gargantum ciuitas. 23  
 Gaugith, gens Scanzia. 10  
 Gentes nonnunquam aliarum  
 gentiū nomina amplectun-  
 tur. 30  
 Gepanta quid Gothice signi-  
 ficet. 52  
 Gepidæ Daciam antiquam in-  
 fidunt. 39  
 Gepidæ Hunnos cædunt 148,  
 eorumq. sedes occupat. 149  
 Gepidæ præ aliis nationibus in  
 vulnere suorum cuncta tela  
 frangunt. 148  
 Gepidæ Scythiam insident. 15  
 Gepidarū & Francorū 90000  
 mutuis vulneribus concid-  
 unt. 119  
 Gepidarum origo. 52  
 Gepidia, idem quod Dacia. 39  
 Gepidos insula. 52  
 Germanus fratruelis Iustinia-  
 ni Imp. Mathasuentam siue  
 Amalefuentū Gothicam,  
 Witichis viduam, vxorem  
 ducit. 43, 141  
 Germanus Germani & Ma-  
 thasuentæ filius. 141, 179  
 Gifil fl. 63  
 Gifericus Wandalarum rex à  
 Bonifacio in Africam voca-  
 tur 92. eius forma, na-  
 tura, & mores. 93  
 Glycerius Imp. Gothos ex  
 Italia in Gallias trāsferit. 93  
 Gnaudicus Burgundionum  
 rex. 118  
 Gorthi à Romanorum federe  
 resiliunt 48. Mæsiam &  
 Thraciam vastant 49, ad  
 Spalorum gentem veniunt  
 12. affinitatem Darij obla-  
 tam aspernantur 32. bar-

baris omnibus sapientiores  
 19. Græcis consimiles 19.  
 Danubij ripam vastant 40.  
 ense excellunt aliis 147. in  
 Scythiam veniunt 12. ma-  
 iorū facta ad citharam ca-  
 nunt 20. Mattem vicimis  
 captorum placant 19. Ro-  
 manorum fœderati XLII.  
 Constantino militarunt 61.  
 Scythæ dicti 13. Sitalco du-  
 ce Athenientibus bellum  
 inferunt 34. vnde primum  
 egressi. 11  
 Gothici regni finis. 178  
 Gothici sacerdotes pij dicti,  
 34. mira eorum in deos  
 suos patrios fiducia. 34  
 Gothiscanzia. 11  
 Gothorum cum Gepidis bel-  
 lum. 51  
 Gothorum sapientes Carabi  
 Terei dicti 19. postea Pi-  
 leari. 19  
 Gothorum vniuersa gens tan-  
 dem ab Hunnis subacta. 139  
 Graeci permisso Scytharū vr-  
 bes in Scythia condunt. 15  
 Granni gens Scanzia. 10  
 Gratianus Imp. fœdus inir cum  
 Visigothis, quod & Theo-  
 dosius sancit. 78  
 Grissa fl. 63  
**H**ACREVSAGIL Visigo-  
 thorū rex. 172  
 Hallin gens Scanzia. 10  
 Hetachia à Gothis captæ. 164  
 Hercules cum Amazonibus  
 pugnat. 29  
 Hercolis templum. 3  
 Hermentfredus Thuringorum  
 rex Amalbergam vxorem  
 ducit. 171  
 Hernac Artile filius in Scythia  
 minore confedit. 151  
 Herra turris. 172  
 Hibba comes. 172  
 Hilpericus Burgundionū rex.  
 128  
 Hicrius & Ardaburius Coss. 92  
 Hippo-

Hippodes infula Oceani Indici. 2  
 Hifter sue Danubius. 16  
 Honor a Placidia filia Attilam inuitat. 124  
 Humanum genus regibus viuit. 106  
 Hunnimundus 11. Ostrogotharum ab Hunnis victorum regulus 142. aduersus Suedos victor. 140  
 Hunnimundus Suedorum dux ad praedelas Dalmatias traſiſit 156. capitur ab Ostrogothis 156. eius in Walemirum ingratitudo. 157  
 Hunni a Gepidis caſi 148. certum pedibus tranſierunt 66. in Scythiam penetrant 67. e veneficarium cum ſpiritus immundis congreſſu orti 67. forciſſimarum gentium fecundiffimus ceſpes 17. Ostrogothis ob mortem Ermanarici praualent 71. Pannonia a Romanis & Gothis expulſi 91. polygama gaudent 142, 143. pra aliis nationibus ſagitta praſumunt 148. Scythas caſos litant Victoriae 68, 69. terribilitate vultus hoſtes fugant. 69  
 Hunniar ad Danubium fl. traſi dictus, vt puco, quaſi Traſerius Hunnorum. 138  
 Hunnorum duo genera. 17  
 Hunnorum in proprios ſeruitas. 69  
 Hunnorum luctus ob mortem Attilae. 143, 144  
 Hunnorum ſedes. 17, 67  
 Hunnorum ſedes. 17  
 Hunnorum ſedes. 17  
 I N D E X. I. A. infula Oceani Indici. 2  
 Iatrus fl. Nicopolim alluit. 55  
 Ildico Attila vltima inter innumerat vxor 142. In eius ſupra Attila moritur. 143

Imperatorum Occidentis vltis breui tempore mutaciones. 131  
 Imperii Occidentale ſub Auguſto ceptum. ſub Auguſtulo deſiit. 131  
 Interſectorum in praſio Romae cum Attila numerus. 119  
 Inueſtitura Theoderici in regem Romanorum. 169  
 Iornandis Epitaphi genealogia. 150  
 Iornadis pater, Candacis Alatorum ducis notarius 150. ipſe etiam ante conuerſionem notarius. 150  
 Iofephus Gothos, natione & vocabulo Scythas appellatos ait. 14  
 Ira flumius. 131  
 Iſcalmus Hunnis in Romania conſedit. 151  
 Itemelli gens Daecia. 17  
 Iuſtinianus Imp. Vandalicus, Africanus, Geticus dictus. 179  
 Iuuenum animi ambitu potentia concitantur. 146  
 L A M P E R I O Amazonum regina. 24  
 Latilla a Gothis capta. 164  
 Lazorum ges apud Pylas Caſpias in praſidio pro Romanis. 25  
 Leges Gothicae, Beſilaginae dictae. 37  
 Leo Imp. 133  
 Leo Papa Attilam accedit, pacem impetrat. 123  
 Liethida, gens Scanziae. 10  
 Litoris Romanorum dux. 98  
 Lodois Francorum regis ſilia Audeſſeda, Theoderici vxor. 162  
 Luſitans ingens Ostrogotharum ob montem Thorſimundi. 140  
 Lugendi mos apud Hunnos. 149  
 Lupi ex frigore caeci. 8  
 Lupicini Romanorum ducis Viſegothos ſubditos inuulſit. 74  
 Luſitaniam

Luſitaniae promouſorium pro infula a quibusda habitum. 128  
 Luſitaniae ſitus. 128  
 M A C E D O N E S. foedus cum Gothis ineunt. 34  
 Maioranus Imp. 131  
 Marcianopolis vrbs a Traiano condita in Maxia origo. 10  
 Marcianus Attilae acum tractum in ſomno vidit. 143  
 Marcianus Imp. variis gentibus Gothicis diuerſas ſedes concedit. 149  
 Margolano ciuitas Illytica. 171  
 Matilla fl. 63  
 Marpeſia Amazonum regina. 24  
 Marpeſia cautes apud Caucaſum vnde dicta. 25  
 Mars apud Gothos ortus. 19  
 Martianus fl. 171  
 Mathaſuenta Witigi regi nubit. 177  
 Mathaſuenta vidua Germano Iuſtiniani fratri nubit. 179  
 Mauritiuſ capi ſue Catalaunici, praſio Romanorum & Gothorum cum Attila nobiles. 106  
 Maximi Rom. ducis in Viſegothos ſubditos inuulſit. 76.  
 Maximinus Imp. Gotho patre, Alana matre natus. 45  
 Maximus Imp. interfectus. 131  
 Mecca Gothus, Maximini Imp. pater. 45  
 Mediana in Illyrico. 164  
 Mediolanum ab Attila capium. 123  
 Medopa Gothila filia, Philippi Macedoniae vxor. 33  
 Menina infula in extrema Britannia. 6  
 Mercens gens. 64  
 Meſopotamia vnde dicta. 26  
 Meuania infula. 63  
 Miliare fl. 63  
 Moeria pars Scythia minor dicta. 32

Meſſia ſitus. 30  
 Mordenſimius gens. 64  
 Mundo rex gaſſatorum. 171  
 Mundzuccus Attilae regis pater. 29  
 Muſſanus lacus. 16  
 N A T I S V S Illyrici vrbs. 163  
 Naſus Perſarum rex a Maximiano auxilio Gothorum fugatus. 61  
 Natilla fl. 121  
 Nauogo. 64  
 Neſad flumens in Pannonia. 147  
 Nicopolis a Traiano deuiſis Sarmatis condita. 55  
 Nicopolis ad Iatrum fl. ſita. 55  
 OCT A V I A Attilae ſiſter. 29  
 Odoacer magna clade a Theoderico Ostrogothico 168. interſicitur. 169  
 Orbis terra piquetrus. 1  
 Orcaes infula. 3  
 Ostrogothae ab Hunnis ſubacti, ſemper tamen vniſpropium reguli retinent 139. ad mare Ponticum. 30  
 Ostrogothae & Veſegothae vnde dicti. 44  
 Ostrogothae gens Scanziae. 10  
 Ostrogothae ob luctu ex morte Theoderici, per 21 annos nullum ſibi regem eligunt. 140  
 Ostrogothae optimi ſagittarij. 20.  
 Ostrogothae ſe cum Veſegothis in Gallia inuigunt. 163  
 Ostrogothae ſedes a Romanis accipiunt. 164  
 Ostrogotharum in exercitu Attilae ducis. 110  
 Orthingi, gens Scanziae. 10  
 Onim a Gothus Scythia dicta. 11  
 P A D V S rex fluuiorum. 82  
 Pannoniae ſitus. 149  
 Parthi a Gothis oriundi. 13  
 Parthi ab aliis dicti ſeruntur, quia ſuos ſelugere parent. 23  
 Parthi



Parti soli inter Asiaticos sagittarij. 23  
 Partus lingua Scythica fugacem significat. 23  
 Patriciolus Gothus. 133  
 Pellium mutinatum commercia. 17  
 Pelfodis lacus in Pannonia. 152, 156.  
 Penthesilea Amazonum regina. 29  
 Perdiccas ab Alexandro Atheniensium principatum hereditario iure successore institutus. 34, 35  
 Peria, id est, avus. 150  
 Persarum tentoria serica. 32  
 Petris generalis ac præcipue Alexandriæ, sub Gallo & Volusiano. 57  
 Petina in Illyrico. 165  
 Petza comes Sirmiensem civitatem Theoderici regis auspiciis occupat. 171  
 Peuca insula ad ostium Danubij. 50  
 Phasides aues. 22  
 Phasis fl. 22  
 Philippus Macedo Medopam Gothiz filiam vxorem habuit 33. Vdistanam Mæsiæ civitatem vallare de liberat. 34  
 Pileati Gothorum sapientes dicti. 19, 38  
 Placidia Theodosij Imp. germana, Ataulphi II Vefogoth. regis vxor 88. Romanis reddita. 90  
 Pulentia, vrbs in Alpibus Coccis. 85  
 Pontes admirandi à Dario è nauibus cõsertis facti. 30, 33  
 Poppoius Sabinus Rom. à Gothis captus, & capite truncatus. 41  
 Propanisimus Indis Caucasus. 27  
 QVINQUECENTIANI, alijs Quinquagintani. 61

**R**AVENNA trigemina. 83  
 Rauennæ obfidio triennalis. 168  
 Rauennæ ostia portu suo classem C. C. nauium capiunt. 83  
 Rauennæ vrbs regiz situs 82. eius trigemina positio & triplex appellatio. 83  
 Raugaricij, gens Scanzia. 10  
 Raumarica gens Scanzia. 10  
 Regericus tertius Vefegothorum rex fraude suorum interficitur. 89, 90  
 Remifmundus Sueuorum rex. 130.  
 Respa Gothorum Dux. 59  
 Rheni ostia. 1  
 Ricicariani Sueuorum rex Hispaniam inuadit. 127  
 Ricianij mors. 129  
 Ricimerus expeditio in Alanos, & victoria. 131  
 Riothimus Britonum rex. 132  
 Riphei montes. 15  
 Roas Attilæ germanus 99. Hunnorum rex. 99  
 Rocas gens. 64  
 Rodulf rex Arochiranorum ad Theodorici Goth. regem relicto proprio regno transit. 10, 11  
 Romam Attila non obfidet metu mali euentus quem habuit Alaricus. 123  
 Romani milites à Decio iniuria affecti ad Gothos se conferunt. 49  
 Romani multas victorias Gotho auxilio adepti. 61, 62  
 Romanorum copia auxiliares aduersus Atilam. 106  
 Romanorum & Vefegothorum cum Hunnis præliũ. 114  
 Roxolani gens in hida. 70  
 Rugi Scandiopolim à Marciano sedem accipiunt. 150  
 SABINIANSV Illyricus. 172  
 Sacramontifij, ab Hunnis. 151  
 Sastach Vefegothoꝝ dux. 74  
 Sangibanus

Sangibanus Alanorũ rex. 107  
 Saphirina pelles è Scanzia. 9  
 Saragarij, populus. 150  
 Satages Pannonia gens. 155  
 Sauronatae sine Sarmatae. 150  
 Scandiopolis Rugorum sedes. 150, 151  
 Scanzia insula ampliff. 4. eius situs 7, 8 vagina genitũ. 11  
 Scanzia gẽtes Romanis corpore & animo grãdiores. 11  
 Scaramiunga fl. 3.  
 Scipionis monumentũ. 3. 127  
 Sciri à Marciano Imp. sedes accipiunt 150. ab Ostrogothis ad internecionem delati. 158  
 Sclauini, Vinidarum natio 16. eorum sedes. 16  
 Scerehenna. Vid. Crefenna.  
 Scythia à Gothis Quim dicta. 12  
 Scythia minor, pars Mæsiæ. 32  
 Scythia oppida. 15  
 Sedalia vrbs in Taprobana. 2  
 Seres, populus. 14  
 Sereuerus Imp. 132  
 Sigismundus Burgundionum rex. 170  
 Sigismudus Ostrogotha Hunnis aduersus Ostrogothas militat. 139  
 Sinderich Syracusam Belisario dedit. 176  
 Sindingonum ciuitas. 162  
 Sirmis ciuitas Pannon. 150  
 Silestantina vrbs in Taprobana. 2  
 Sornus Medorum rex. 23  
 Spalorum gens. 12  
 Stilico magister equitum, Exconsul & patricius 64 socer Honorij Imp. 84. incautos Gothos aggressus bello, ab eis cæditur. 85  
 Straua quid. 145  
 Suerthidi, gens Scanzia. 70  
 Sueniz situs. 160  
 Suenus præ alijs nationibus præde valet. 147, 148

**T**ABAE, natio. 39  
 Tadzans gens. 64  
 Tanais non congelatur. 21  
 Taprobane insula. 2  
 Taunalis Gothoꝝ rex 21. post mortem pro numine habitus à Gothis. 23  
 Taurus mons. 27  
 Tausif, fl. Scythia. 26  
 Teiphus Hercules genio & forma similis. 30  
 Tentoria Attilæ serica 144. vt & Persarum. 32  
 Thamiris Gothorum regina Cyrum Persarũ regem prælio superat. 31, 32  
 Theodatus ab Amalafuentia rex instituitur 174. eius ingratiudo inaudita 175. à Gothis interficitur. 177  
 Theodemirus Ostrogotha 170  
 Theodemirus Ostrog. rex, in Sueniam exercitum ducit 160. moritur. 165  
 Theoderici II. mors. 130  
 Theoderici Vefegoth. regis filij 105  
 Theodericus Viseg. rex in prælio aduersus Hunnos cælitur. 115  
 Theodericus Odoacrum magna clade afficit. 168  
 Theodericus v. Vefegothorum rex. 96, 97  
 Theodericus Theodemiri filius rex Ostrogotharum. 165  
 Theodericus Thorismudi frater, rex Visegotharum. 127  
 Theodericus Triarj filius. 155  
 Theodosius Imp. 80. Vefegotharum internecionem molliens morbo impeditur. 77, 78  
 Thermae prope Anchialon. 60  
 Theron, Vid. Ethernon. 2  
 Theseus ex Hippolyte Amazone Hippolytũ genuit. 29  
 Theffalonica obsessa. 164  
 Theudicodo Alarici vxor. 170  
 Theustes, gens Scanzia. 10  
 Thioder

Thiodes armiger Theoderici.	Varus Gothorum dux.	59
172.	Vasina bronca gens.	64
Thiodigiglossa Vefegotharum rex.	Vidifana Mœtia ciuitas.	34
172	Vedericus Ostrogotha.	140
Thorismûdus III. Ostrogoth. rex.	Veducus Gothorum dux.	59
140	Venetia.	121
Thorismûdus Theoderici filius patri in regno succedit.	Vernulfus Atauiphum regem interficit.	89
120.	Vefegothæ ad mare Ponticum	19, 20 à Valente Imp.
Attilâ in Alanos mouentem ad sua repellit 125, 126. eius cædes.	Arrianifmo infecti 73. Stiliconè cædunt, Italiam vastant, Romam spoliant.	85
Tibuidi, gens.	Vefofis Agyptiorum rex Scythis bellum infert. 20. & Gothis.	22
Tburus Gothorum dux.	Widemirus Ostrogotha Gallias infestat.	163
59	Vidicula Gothorum fortiumus.	20, 98
Tibiffas fluuius.	Vidoarij gens Dacia.	16
98	Vindomin a vrbs Pannon.	190
Ticinum ab Attila captû.	Winidarum sedes.	16
123	Wintharius Ostrogotha in Antas mouet 138. à Balamiro caesus.	139
Tiffanus fl. Scythia.	Vinouiloth gens Scanzia.	10
15	Vittula fl.	16
Traffiles Sirmienfis rex.	Witigis à Gorhis rex eligitur	177. moritur.
171	Wlmerugi.	11
Transaricus Sirmienfis rex.	Vizingures Hunni.	155
171	Vnixæ gens Scanzia.	10
Trafemundus Amalefredâ in vxorem ducit.	Vto Hunnus.	151
171	Vulfo, Scitorum dux.	158
Troia vallara.		
59, 60		
Triocaffi Scythæ.		
63		
Tyffas fl.		
98		
VAGA fl.		
8		
Vagoe gens Scanzia.		
10		
Waladamarca Wintharij nepis.		
1, 9		
Walimir Ostrogothatum rex		
141. moritur.		
157		
Valens Imp. Vifegothis Christianifmum doceri cupientibus, Atrianos doctores mittit.		
73		
Valentiniani Imp. Epiftola ad Vefegothos fœderatos.		
104, 105		
Valentinianus Imp. interfecit		
131.		
Wandalarius Ostrogoth. Regulus.		
140		
Wandali à Gorhis subacti II. eorum reliquit Pannoniam à Constantino habitandam petunt 63. è Pannoniâ in Gallias tranfeunt.		
88, 89		
Warnorum ftirps.		
129		

# ISIDORI

## CHRONICON GOTHORVM.

**G**OTHORVM antiquissimum esse regnum certum est, quod ex regno Scytharum est exortum. Isti enim sunt quos Alexander vitandos pronuntiauit, Pyrrbus pertimuit, Caesar exterruit. Per multa quippe secula & regno & regibus vsi sunt: sed quia in chronice adnotati non sunt, ideo ignorantur. Ex illo autem in historiis inditi sunt, ex quo aduersum se Romani eorum virtutem experti sunt: quorum oportet tempora & reges per ordinem cursim exponere, & aliqua eorum gesta de historiis libenter retexere.

ERA CCXIII. anno Valeriani & Galieni Imp. Gothi descensu Alpibus, quibus inhabitabant, Greciam, Macedoniam, Pontum & Asiam, atque Illyricum vastauerunt: ex quibus Illyricum & Macedoniam XV. ferme annis tenuerunt.

O

Deinde

FINIS.

Deinde à Claudio Imperatore superati, sedes proprias repetunt. Romani autem Claudium Aug. pro eo quòd tam fortissimam gentem à finibus reipubl. remouisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum chlypeum, in Capitolio autem auream ei statuam collocauerunt.

ERA CCLXVIII. anno XXVI. Constantini Imperatoris, Gothi regionem Sarmatarum aggressi, copiosissimis super Romanos irruerunt agminibus. Aduersus quos idem Constantinus aciem instruxit, ingentiq̃ certamine vix superatos ultra Danubium expulit; de diuersis gentibus virtutum gloria clarus, sed de Gothorum victoria amplius gloriosus: quem Romani, acclamante senatu, publica laude prosecuti sunt; quòd tantam gentem vicerit, quòd pacem reipublicæ reformauerit.

ERA CCCVIII. anno Valentis V. Gothorum gentis administrationem Athanaricus accepit, regnans annos XIII. qui persecutionem aduersus fidem communem voluit

voluit exercere contra eos qui in locis suis Christiani habebantur. ex quibus plerique, quia idolis immolare non adqueuerunt, martyrio coronati sunt: reliqui autem coacti sunt de regno suo exire, & in Romanam transire regionem.

ERA CCCXV. anno \* Valentis Imp. Gothi aduersum se in Athanarico & Fridigerno diuisi sunt, alternis se cadibus populantes: sed Fridigernum Athanaricus Valentis Imp. auxilio superans, huius rei gratia cum omni gente Gothorum in Arrianam heresim deuolutus est. Tunc Galfas eorum episcopus Gothicas literas adinuenit, & scripturas sacras in eandem linguam conuertit.

ERA CCCXVI. anno XIII. Valentis Imperatoris, Gothi qui primum Christianos à terra sua expulerant, postmodum ipsi ab Hunis expulsi sunt, transitoque Danubio fluuio, Valentis Imp. potestati se, non depositis armis, dederunt, accepta ab eo ad habitandum Thracia. Sed



ubi viderunt se opprimi à Romanis contra consuetudinem propriæ libertatis, resumptis armis rebellando Thraciam ferro incendiisque depopulantur, delectoque Romanorum exercitu, ipsum Valentem iaculo vulneratum in quandam villam fugientem incendunt: vt meritò, iuxta cuiusdam sententiam, ipse ab eis temporali cremaretur incendio, qui tam pulchras animas ignibus æternis tradiderat.

ERA CCCCXVIII. anno imperij Theodosij Hispani tertio, Athanaricus cum Theodosio ius amicitie disponens, mox Constantinopolim pergat: ibique xv. die, ex quo fuerat à Theodosio fauorabiliter susceptus, interiit. Gothi autem proprio rege defuncto, aspicientes benignitatem Theodosij Imperatoris, inito fœdere, Romano se imperio tradiderunt.

ERA CCCCXVI. anno XIII. Archadij & Honorij Impp. post Athanaricum duo reges Gothis imperauerunt, qui pacis fœdere rupto, ad depradandam Romaniam

maniam se dederunt. Quorum vnus Radagaisus Scythæ atque paganus, cum ccc. fere millibus Italiam belli feritate aggreditur, promittens sanguinem Christianorum diis suis litare si vinceret. Cuius exercitus à Romanis in montuosis locis conclusus, fame est potius quàm ferro consumptus: ipse postremùm rex captus est & interfectus.

ERA CCCCXLVII. anno Honorij & Archadij Imperatorum, alter ille Alaricus Christianus quidem, sed hæreticus, pro consorte regni amisso in vindictam sanguinis suorum profectus in Italiam, urbem irruit, & obsessam capit: sicque Roma irruptione atque impetu magna cladis eversa est. Tantum autem Gothi clementes ibi extiterunt, vt votum antea darent, vt si ingrederentur urbem, quicumque Romanorum in locis Christi inuenirentur, in eos agere belli iure non liceret, sed ibi & ferendi refrenaretur immanitas, & captiuandi cupiditas coerceretur. sicque post hoc votum aggredientes urbem, quoscumque



in locis sacris Christi vel martyrum vel basilicis confugientes inuenerunt, in vastatione orbis non miserant, nec cruentis saeuit in eos gladius, commiserantibus hostibus. Sed & qui extra loca martyrum erant, & nomen Christi vel sanctorum nominabant, & ipsis simili misericordia hostilis furor pepercit. Sic euaserunt multa millia Romanorum, quibus Gothi propter Christum misericorditer pepercerunt. Unde & hucusque Romani, qui in regno Gothorum consistunt, adeo amplectuntur, ut melius sit illis cum Gothis pauperes uiuere, quam inter Romanos potentes esse, & graue iugum tributi portare. Gothi autem post tertium diem quo Romam ingressi sunt, nullo hoste cogente sponte discedunt.

ERA CCCXLVIII. anno primo Theodosij minoris, Alarico max post captam urbem defuncto, Athaulfus Gothus Italiae regno praeficitur annis septem. Iste quinto regni anno de Italia succedit ad Gal-

lias,

lias, ibiq. Placidiam filiam Theodosij principis, Archadij & Honorij Imperatorum sorore, qua à Gothis Roma capta fuerat, uxorem sibi assumpsit nullo ex ea semine subsistente. Qui dum à Constantio Romano patricio admoneretur, ut relictis Gallis Hispanias peteret, per quendam Gothum apud Barcelonem inter familiares fabulas iugulatur.

ERA CCCCLIII. anno VII. Theodosij minoris, post Athaulfum Gothis Sigericus princeps electus est, qui dum ad pacem cum Romanis esset promptissimus, mox à suis est interfectus.

ERA & anno quo supra, Vallia succedens tribus annis regnauit, belli causa princeps à Gothis effectus, sed ad pacem diuina providentia ordinatus. mox enim ut regnare cepit, foedus cum Imperatore Honorio pepigit: Placidiam sororem eius honorifice reddidit: Romani quoque nominis causa intra Hispanias cades magnas Barbaris intulit: Wandalos Silingos in

○ 4

Betica

Betica omnes bello extinxit : Alanos , qui  
 Wandalis & Suenis potentabantur , adeo  
 \* \* Ut extincto Utaco rege ipsorum , pau-  
 ci qui superferant oblito regni nomine,  
 Gunderici regis Wandalorum , qui in Gal-  
 lia refederant , se patrocínio subiugarent.  
 Fiti sunt Wandali qui postea Suenorum  
 obsidione relicta ad Beticam transferunt,  
 captaq. Hispali in Africam migrauerunt.  
 Vallia autem confecto bello Hispanie , dum  
 instructa nauali acie in Africam transire  
 disponderet , in fretum Gaditani maris di-  
 tempestatis interceptus , in Hispaniam re-  
 dire coactus est. Qui deinde per Constan-  
 tium Romanum patricium ad Gallias re-  
 uocatur , data ab eo Gothis ob meritum vi-  
 ctorie ad habitandum secunda Aquitania  
 usque ad Oceanum , cum quibusdam ciui-  
 tatibus consinium provinciarum.

ERA CCCCLXVII. anno \* Theodo-  
 siji minoris , Theudoridus post Valliam re-  
 gnat annis XXII. qui regno Aquitanico  
 non contentus , pacis Romane fœdus recu-  
 sat,

sat , exercitum mouet , Arelatem nobilissi-  
 mum oppidum Gallie obsidet : à cuius ob-  
 sidione imminente virtute Aëtij Romana  
 militia ducis remotus abscedit. Extincto  
 autem à Valentimiano Imperatore Eëtio,  
 dum Theudoridus Narbone esset insertus,  
 rursus Theudo à Litorio duce Romana  
 militia Hunis auxiliantibus effugatur. Li-  
 torius autem dum primum res prosperas  
 aduersus Gotbos gessisset , denuò responsis  
 demonum deceptus , in bello à Gothis  
 amisso exercitu miserabiliter superatur :  
 & qui antea hostium millibus cæsis felici-  
 ter vicerat , dum fallacia demonum oracu-  
 la querit , ignobiliter victus interiit.  
 Theudoridus autem sumpto contra Hunos  
 pralio in campis Chatalaunicis superatus  
 occubuit. Gothi autem dimicante Turis-  
 modo Theudoridi regis filio adeò extitere  
 victores , vt Attila rex Hunorum pralio  
 victus , metu insequentis exercitus , nus-  
 quam comparuisse dicatur.

ERA CCCXC. anno Marciani Imp.  
 O 5 primo,

primo, Turismodus filius Theodorici regnavit anno uno: qui postquam de Hunis triumphavit, dum multa ageret insolentius, à Theodorico & Frigidarico est fratribus interfectus.

ERA CCCXCI. anno II. Marciani imp. Theudoricus post fraternam necem in regnum succedens imperavit annis XIII. qui pro eo quod Imperatori Auito sumendi imperialis fastigij cum Gallis auxilium præbisset, Aquitanias cum ingenti exercitu & cum ingenti licentia eiusdem Auiti Imperatoris ingreditur. Cui cum magna copia rex Sueuorum Retharius occurrens, duodecimo Asturicensis Urbis milliario, apud fluvium qui Urbicus appellatur, inito mox certamine superatus est, cæsis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse postremum rex telo sauciatus fugit. Theudorico autem cum exercitu ad civitatem Bragarensis pertendente, die Dominico, et si incruenta tamen satis lumentabilis eiusdem direptione civitatis,

tis, & Romanorum magna captivitas fuit. Retharius verò ad locum Portucula profectus, regi Theudorico captus adducitur. Quo perempto cæteris qui de priori certamine supersuerant sese tradentibus, aliquantis nihilominus interfectis, regnum Sueuorum pœnè destructum est & finitum. Reliqui Suevi, qui remanserant in extrema Gallicia, Massila filium nomine Masdrum sibi regem constituunt, regnumque reparatur Sueuorum. Theudoricus autem de Gallicia ad Lusitaniã victor succedens, dum Emeritensem urbem depraedari moliretur, beatissimæ Eulaliæ martyris terretur ostentis. Mox aduersis sibi nunciis terretus, de Emerita egressus, Gallias repetit, & partem exercitus, cum suis ducibus, iterum ad campos Gallicie dirigit, qui casa Asturicensi regione rursus reuertuntur ad Gallias. Nec mora, Gothicus exercitus duce Ceurila à Theodorico ad Hispanias missus succedit, ad Beticam. Post quem sequenti anno Sigericus cum alia parte exercitus

exercitus dirigitur, & Ceurilas reuocatur ad Gallias. Pars autem Gothici exercitus à Sunierico & Nepotiano ducibus ad Galliciam directa, Sueuos apud Lusitaniam depradatur. In Gallias autem Agrippinus Comes & conciuus Egidio Comiti Romano amulius, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico. Post aliquot legati Sueuorum ab Arismodo rege Masdræ filio, rege Sueuorum, missi ad Theudoricum venerunt, pacem amicitiamque poscentes. Similiter Theudoricus Arismodo remittit, cum armorum adiectione, munera, directa etiam & coniugi quam haberet. Sallanem quoque legatum denuo Theudoricus mittit ad Arismodum, qui reuersus ad Gallias Theudoricum ab Eurico fratre suo reperit interfectum.

ERA D. IIII. anno imperij Leonis octauo Euridicus, pari scelere quo frater, succedit in regnum annis XVIII. in quo honore prouectus & crimine, statim bello desecuit, parteisque Lusitaniæ depradatur.

Qui

Qui prius capta Pamphilona, Casaravgustam inuadit, totamque Hispaniam superiorem optinuit. Terraconensis etiam nobilitatem, quæ ei repugnauerat, exercitus irruptione peremit. In Gallias autem regressus, Arelatum & Massiliam urbes capit, suoque regno utramque subiecit. Iste quodam die congregatis in colloquio Gothis, tela quæ habebant omnes in manibus, à parte ferri, alia viridi, alia roseo, alia croceo colore mutata, naturalem ferri speciem aliquandiu non habuisse comperit. Sub hoc rege Gothilegum instituta scriptis habere cœperunt: nam antea tantum moribus & consuetudine tenebantur. Obiit Arelato Euricus morte propria functus.

ERA DXXII. anno XI. Zenonis Imperatoris, Eurico mortuo, Alaricus filius eius apud Tolosensem urbem princeps Gothorum efficitur, eosque rexit annis XX. tribus. Qui cum à pueritia vitam in otio & conuiuio peregisset, tandem prouocatus à Francis, in regione Pictauiensis urbis pralio

prælio imito, exinguitur, eoque interfecto regnum Tolosanum occupantibus Francis destruitur.

ERA DXLV. anno XVII. Anastasij Imp. Geselicus superioris Regis ex concubina filius Narbonæ princeps efficitur, & regnavit annis quatuor: sicut genere vilissimus, ita infelicitate & ignavia summus. Denique dum eadem civitas à Gundabalo Burgundiorum Rege direpta fuisset, iste cum multis vi, dedecore & cum magna suorum clade apud Barcinonam se contulit. Ibi moratus, quo usque regni fascibus à Theodorico fuga ignominia priuaretur. Inde profectus ad Africam, Wandalorum suffragium postulat, quo in regnum posset restitui. Qui dum non impetrasset auxilium, mox de Africa rediens, ob metum Theoderici Regis, Aquitaniam petit. Ibi anno vno delitescens Hispaniam reuerjus ab Ebbaue Theoderici Regis duce, duodecimo à Barcinona vrbe militario commisso prælio superatus in fugam vertitur, captusque

captusque trans fluium Druentium Galliciarum occiditur.

ERA DXLV. anno XXVI. Anastasij Imperatoris, Theodericus iunior dum iam pridem à Thracia & Pannonia veniens, fugato Arnulfo Rege Ostrogothorum, regnasset in Italia annis X. & octo, rursus expulso Rege Visigothorum Geselico, regnavit in Hispania annis XV. sicque prius Italo regno potitus, postea Hispaniam rexit, quam superstes eiusdem Amalarico nepoti reliquit. Per hunc dignitas urbis Romæ non parua est restituta. muros enim eius iste redintegrauit. ob quam causam à senatu inauratam statuam meruit.

ERA DLXIII. XIII. anno Iustitiani Imperatoris, defuncto Theodorico, Amalaricus nepos eius quinque annis regnavit. Qui cum ab Hildeberto Francorum Rege Narbonæ prælio superatus fuisset, Barcinonam fugiens venit, omniumque contra se odio excitato, apud Narbonam in foro ab exercitu iugulatus interit.

ERA

ERA DLX. nona, Justiniani Imp. tempore, post Amalricum Theudis in Hispania creatur in regnum per annos XVI. menses quinque. Qui dum esset hereticus, pacem tamen concessit Ecclesie dei, ut licentiam Catholicis Episcopis daret in vnum apud Toletanam urbem conuenire, & quaecumque ad Ecclesie disciplinam necessaria existerent, dicere licenter que disponere. Iste Francorum Reges quinque Caesar-Augustam obsidentes, omnemque ferè Terraconensem provinciam bello depopulantes, misso duce Theudisclo fortiter debellauit, atque à regno suo non pace, sed armis exire coëgit. Vulneratur autem à quodam in palatio, qui iamdiu dementis speciem, ut regem deciperet, simulauerat. Finxit enim arte insaniam, & quasi furore repletus perfodit principem. quo vulnere prostratus occubauit, & vi gladij indignantem animam exalauit. Fertur autem inter effusione sanguinis coniuirasse homines suos, ne quis interficeret percussorem suum, dicens

recepisse

recepisse se dignam vicissitudinem, quod & ipse priuatim ducem suum sollicitatum occiderat.

ERA DLXXX. anno XII. Justiniani Imperatoris interempto Theudi Theudiscus Gothis preficitur. Regnavit anno uno, mensibus VII. Hic pari coniuuratorum manu inter epulas cœna, gladio confossus extinguitur.

ERA DLXXXIII. anno XVI. Justiniani Imperatoris, extincto Theudisclo, Agila Rex creatur, regnans annis quinque. Cuius tertio anno Athanagildus tyrannidem regnandi cupiditate arripuit. Gothi autem Agilam apud Emeritam fide sacramenti oblita interuincunt, & Athanagildo se tradunt.

ERA DXCIII. anno XXXVIII. Justiniani Imperatoris, Agila perempto, Athanagildus regnum, quod inuaserat, tenuit annis XVI. Iste cum iamdudum sumpta tyrannide Agilam regno priuare quereret, militum sibi auxilia ab Imp. Justi-

P

niano



niano poposcerat, quos postea submonere à finibus regni molitus non potuit. aduersus quos huc vsque confligitur. Nam frequentibus antea praeliis casti, nunc verò multis casibus fracti ac diminuti sunt. Decessit autem Athanagildus Toletò propria morte, vacante regno mensibus quinque.

ERA DCVIII. anno secundo Iustini minoris post Athanagildum Liuisa Narbonæ regno præficitur, regnavitque annis tribus. qui secundo anno postquam adeptus est principatû Leuigildum fratrem suum socium regni constituit, Hispaniæque administrationi præfecit. ipse autè Galliæ regno contentus est. sicque regnum duos capit, cum nulla potestas patiens consortis sit. Huic autem in ordine temporum unus tantum annus reputatur, reliqui, Leuigildo adnumerantur.

ERA DCVIII. anno secundo Iustini minoris, Leuigildus adepto Hispaniæ & Galliæ regno ocium periculosum ratus, regnum bello ampliare statuerat. Subegit Aregenses.

Aregenses. capit Sabariam. Cropsida ab eo deuicta est. Cesserant etiam armis illius omnes rebelles Hispaniæ vrbes. fudit quoque diuerso praelio militem, & quedam castra ab eis occupata dimicando recepit. Erminigildum deinde imperiis suis tyrannizantem obsessum exsuperauit. Postremò bellum Suenis intulit, regnumque eorum iniuria gentis suæ mira celeritate transmisit, Hispania penè tota potitus. Nam antea gens Gothorum angustis finibus artabatur. Sed obfuscauit in eo error impietatis gloriam tantæ virtutis. Denique iniquæ perfidiæ furore repletus, in Catholicos persecutione commota, plurimos Episcoporum exilio relegauit, & Ecclesiarum redditus & privilegia tulit. multos quoque terroribus suis in Arrianam heresim & pestilentiam impulit: plerosque sine persecutione, illecto auro rebusque decepit. Ausus quin etiam inter cætera heresis suæ contagia, rebaptizare Catholicos, & non solum ex plebe sed etiam ex sacerdotalis ordinis dignitate, si-

cut Vincentium Casaraugustanum de Episcopo apostatam factum, & tanquam à caelo in inferna proiectum. Exiit autem & quibusdam suorum perniciosus. nam & cupiditatis & liuoris quosque potentes ut vidit, aut capite damnauit, aut opibus ablatis proscripsit. Aerarium quoque ac fiscum primus iste auxit: primus que inter suos regali veste opertus, solio resedit. Nam ante eum & habitus & confessus communis ut genti, ita & regibus erat. Condidit autem ciuitatem in Celtiberia, quam ex nomine filij sui Recopolim nominauit. In legibus quoque ea quae ab Eurico in orditè constituta videbantur correxit, plurimas leges praetermissas adiciens, plerasque superfluas auferens. Obiit propria morte Toletò anno regni sui XVIII.

ERA DCXXXV. Leuigildo defuncto filius eius Recaredus regno est coronatus, cultu praeditus religionis, & patriis moribus longè dissimilis. Namque ille irreligiosus & bello promptissimus, hic fide pius &

& pace praclarus. ille armorum artibus gentis imperium dilatans, hic gloriosus eandem gentem fidei trophaeo sublimans. In ipsis enim regni sui exordiis Catholicam fidem adeptus, totius Gothicae gentis populos inoliti erroris labe deteresa, ad cultum rectae fidei reuocauit. Synodum etiam ad condemnationem Arrianae haeresis congregauit, cui concilio idem gloriosissimus princeps interfuit, suaque eum praesentia & subscriptione firmanit. In belli quoque gloria satis clarus ac praecipuus exiit. Francis enim cum sexaginta ferè millibus armorum copiis Gallias irruentibus, misso Claudio duce aduersus eos, glorioso triumphauit euentu. Nulla vnquam in Hispaniis Gothorum vel maior vel similis exiit. Profrati sunt enim & capti multa millia, residua pars exercitus in fugam versa, Gothi post tergum insequentibus vsque regni sui finibus casa est. Sape etiam & lacertos contra Romanas insolentias & irruptiones Wasconum mouit, vbi non magis bel-

la tractasse, quam potius gentem, quasi in  
 palaestra eludij, pro vsu utilitatis vide-  
 ter exercuisse. Prouincias autem pater pra-  
 lio conquisiuit: iste pace conseruauit, aequi-  
 tate desposuit, moderamine rexit. Multi  
 quoque aduersus eum tyrannidem assume-  
 re cupientes, detecti sunt. siueque machina-  
 tionis consilium implere non potuerunt.  
 Fuit autem placidus, mitis, egregie bonita-  
 tis, tantamque in vulgus gratiam habuit,  
 & tantam in animo benignitatem gessit,  
 ut in omnium meritis influens etiam ma-  
 los ad affectum sui amoris attraheret: adeo  
 liberalis, ut opes priuatorum, Ecclesiarum  
 praedia direpta à patre & fisco associata,  
 uiri proprio restitueret. Adeo quoque cle-  
 mens fuit, ut populi tributa saepe indul-  
 gentiae largitione donaret. Multos etiam  
 ditauit rebus, plurimos sublimarij honori-  
 bus, opes suas in miseris, thesaurus suos in  
 egenis recondens: sciens ad hoc illi fuisse  
 collatum regnum, ut eo salubriter uicere-  
 dit, bonis mitius bonum sinem adeptus. fi-  
 dem

dem enim rectae gloriae quamprimum per-  
 cepit, nouissime publica confessione peni-  
 tentiae cumulauit. Quintodecimo anno To-  
 leto morte propria decessit.

ERA DCXL. anno post Recaredum  
 principem filius eius Liuaa regni suscepit  
 sceptrum annis duobus: ignobili quidem ma-  
 tre progenitus, sed virtutum indole insi-  
 gnitus: quem in primo flore adolescentiae  
 Vittericus sumpta tyrannide innocuum  
 regno deiecit, praecisaque eius dextra occi-  
 dit, anno aetatis XX. regni uero secundo.

ERA DCXLII. extincto Liuaa Vit-  
 tericus regnum, quod uiuente illo inuase-  
 rat, sibi uendicat annis VII. vir quidem  
 strenuus in armorum arte, sed tamen ex-  
 pers uictoriae. Namque aduersus Roma-  
 num militem bella saepe molitus, nil satis  
 gloriae gessit, praeter quod milites quosdam  
 Sagontia per duces optinuit. Hic in uita  
 plurima illicita fecit. in morte autem, quia  
 gladio operatus fuerat, gladio perit. Mors  
 quippe innocentis inulta in illo non fuit. in-

ter epulas enim prandij conuersione suorum est interfectus. Corpus uero eius uiliter est exportatum atque sepultum.

ERA DCXL. octaua, Gundemarus post Vittericum princeps efficitur annis duobus. hic Wascones una expeditione vastauit, alia militem Romanum obsedit. Toletum propria morte decessit.

ERA DCLI. Sisebutus post Gundemarum regali fastigio euocatur, regnans annos VIII. menses sex. qui in initio regni sui Iudeos ad fidem Christianam permouens emulationem quidem Dei habuit, sed non secundum scientiam. Potestate enim compulit, quos promouere fidei ratione oportuit. Sed sicut scriptum est, siue per occasionem, siue per ueritatem, Christus aduantiatur. Fuit autem lingua nitidus, literarum studiis ex parte imbutus. In bellicis quoque causis fauorem habuit praeliorum. Astures enim rebellantes misso exercitu per ducem suum Ricbilanem in ditionem suam reduxit. Roccones arduis montibus undique

undique circumseptos similiter per duces denicit. De Romanis quoque praesens feliciter triumphauit, & quasdam urbes pugnando subegit: adeo clemens post uictoriam, ut paene omnes ab exercitu suo hostili praeda in seruitutem reductos precio dato absolueret, eiusque thesaurus redemptio captiuorum existeret. Hunc alij morbo, alij ueneno asserunt interfectum. Hi sunt anni Gothorum regum, ab exordio Athanarici regis usque ad istum Sisebutum, anni CCL. unus. ERA DCLXVI.

Explicit historia Gothorum.

INCIPIT  
HISTORIA  
WANDALORVM.

**V** VANDALI cum Alanis & Sueuis pariter Hispanias ingrediuntur. Hi pace inter se inuita, sorte ad inhabitandum sibi prouinciarum diuidunt  
P 5 regiones.

regiones. Galliciam Wandali & Sueni occupant. Alani Lusitaniam & Carthaginensem prouincias. Wandali autem cognomine Silingi Beticam sortusunt. Hispani autem per ciuitates & castella residua barbaris dominantibus se subiungunt. In Hispanias Gundericus primus rex Wandalarum successit, regnans in Gallicia partibus annis xvi. qui dum rupto foedere pacis Suenos in Neruosis montibus obsideret, relicta tandem Gallicia cum omnibus Wandalis ad Beticam trāsīuit: captaque Hispali cum irreuerenter in Ecclesias ipsius ciuitatis manus extendisset, mox Dei iudicio demone correptus interiit. Cui Geisericus frater suus ex Catholico apostata factus succedit in regnum annorum sexaginta: qui de Beticæ prouinciæ litore ad Mauritaniam venit, & Africa relicta in Hispaniam transfretauit. Cui Valentinianus occidentis Imperator non ualens obsistere, pacem mittit, & partem Africae quam Wandali possederant tanquam

pacifico

pacifico tradidit, conditionibus ab eo sacramenti acceptis ne quid amplius inuaderet. Ille autem sacramenti religione violata Carthaginem peruadit; Siciliam deprædatur, Panormum obsidet, Arriam pestilentiam per totam Africam intromittit, sacerdotes Ecclesiæ expellit, martyres plurimos efficit. Aduersus quem Theodosius minor Orientis Imperator bellum præparauit, quod ad effectum non uenit. Hunis enim Thraciam Illyricumque vastantibus, exercitus Wandalarum à Sicilia reuocatur, & ad defendendos Thraces & Illyrianos transmittitur. Geisericus autem non contentus solis Africae vastationibus, nauibus aduectus Romam ingreditur, direptisq. opibus Romanorum per quatuordecim dies, relicto Valentiniano, filias eius multaque millia captiuorum secum tulit. moxque Carthaginem rediit, & per legatos postulata pace à Valentiniano filias eius ei Constantinopolim mittit. sicque post multarum prouinciarum clades & Christianorum



norum spolia atque neces moritur regni  
 sui anno sexagesimo. Hunericus autem fi-  
 lius eius regnavit annis septem, mensibus  
 quinque, habens in coniugio Imperatoris  
 Valentiniiani filiam, quam pater eius Ro-  
 ma captivam cum matre abduxerat, qui  
 & ipse Arriano suscitato furore Catholi-  
 cas per totam Africam atrocior patre per-  
 sequitur Ecclesias, tollit sacerdotes, &  
 cuncti ordinis clericos in exilium mittit:  
 monachos quoque atque laicos quatuor cir-  
 citer millia exiliis durioribus relegavit,  
 martyres fecit, confessoribus linguas absci-  
 dit, qui linguis abscissis perfecte usque ad  
 finem suū locuti sunt. Tunc Latus Lepten-  
 sis civitatis Episcopus glorioso martyrio co-  
 ronatur. Venericus autem inter innumera-  
 biles susarum impietatum strages, quas in  
 Catholicos exercuerat, octavo regni sui an-  
 no ut Arrius pater eius interioribus cun-  
 ctis effusus miserabiliter vitam amisit. Cui  
 succedens Guntabundus regnavit XII. an-  
 nis, qui statim pacem Ecclesie donavit, &  
 Catholicos

Catholicos protinus ab exilio renocavit.  
 Quo defuncto Trasemundus regnavit an-  
 nis XXVI. mensibus quatuor. Iste Arria-  
 na insania plenus Catholicos insectatur, Ec-  
 clesias claudit, in Sardiniam exilio ex omni  
 Africana ecclesia CXX. Episcopos mittit.  
 Apud Carthaginem moritur. Post quem  
 regnavit Hildiris ex filia Valentiniiani Imp.  
 genitus à Geiserico captivata, quæ Hunerico  
 filio suo fuerat iuncta. Regnavitque Hil-  
 diris annis septem & tribus mensibus.  
 Iste sacramento à prædecessore suo Trase-  
 mundo fuerat obstrictus, ne Catholicis in  
 regno suo Ecclesias aperiret, aut privilegia  
 restitueret. priusquam regnaret, ne reli-  
 gionem sacramenti violaret, præcepit sa-  
 cerdotes Catholicos ab exilio reduci & Ec-  
 clesias aperiri. Quem Gilimer assumpta ty-  
 rannide regno privavit, & cum filiis car-  
 ceris custodia mancipavit. Post hæc Gili-  
 mer tyrannus regnavit annis tribus, men-  
 sibus octo: qui multos nobilium Africæ  
 provincie crudeliter extinxit, multorumq.  
 substan-



substantias tulit. aduersus quem Iustinia-  
nus Imp. incitatione Leti Episcopi, qui ab  
Hunerico Wandaloru rege martyr fuerat  
factus, exercitum in Africa Belisario ma-  
gistro militum duce mittit: quem Belisa-  
rius cum omni gente Wandalorum praelio  
fugauit. Africam cepit centesimo xvii.  
Wandalorum ingressione anno. In ipso au-  
tem Belisarij occursum, priusquam congres-  
sio fieret, Gilmer tyrannus Hildirim regem  
cum quibusdam generis eius affinibus occi-  
dit. Belisarius Gilmerum tyrannum capit,  
& eum cum diuitiis suis ex rapinis pro-  
uinciarum Africa conquisitis Constanti-  
nopolim Iustiniano Imperatori duxit: sic-  
que regnum destructum est & finitum  
Wandalorum. Fiunt simul a primo anno  
Gundærici Regis, quo in Hispaniam ingres-  
sus est, usq. ad Gilimeri casum & Wan-  
dalorum interitum anni cxx. tres & men-  
ses septem.

Explicit historia Wandalorum.

IN-

INCIPIT  
HISTORIA  
SVEVORVM

**S**VEVI duce Hermerico rege cum  
Alanis & Wandalis simul Hispa-  
nias ingressi sunt ERA CCCXCVII. Hi  
Galliciam cum Wandalis occupant. Wan-  
dalis autem transeuntibus Africam, Galli-  
ciam soli Sueui sortiti sunt; quibus præsuit  
Emericus annis quatuordecim. Gallici au-  
tem in parte provincie regno suo uteban-  
tur: quos Emericus assidua vastatione de-  
predans tandem ob morbi dolorem eis pa-  
cem dedit: quo morbo diutissime per annos  
septem oppressus interiit. Post quem Ric-  
cila filius eius successit & regnavit annis  
octo. Hic iubente patre ab eo missus, Un-  
debotum Romana militie ducem cum suis  
omnibus copiis ad Singilium Betice flu-  
uium inito bello prostravit, magnis eius au-  
ri argenti que copiis occupatis. Post obitum

autem

autem patris suscepto regno, Hispania ab eo optenta cum Betica, Carthaginenses provincias in suam redegit potestatem. Quo defuncto Rechiarius succedit in regnum annis nouem. Hic accepta in coniugio Theodoridi regis Gothorum filia in initio regni sui \* depraedatur. Mox ad Theudoridum socerum suum profectus (Cesaraugustanam regionem cum auxilio Gothorum rediens depraedatur, irruptaque per dolum Flerdensi vrbe, egit ibi magnam captiuitatem. Ad ultimum dum Theudoridus rex Hispaniam ingrederetur, inito pralio aduersus eum, primo fugatus, deinde captus occiditur. Occiso Rechiario Sueui bifarie diuisi, pars Fratan, pars Masdram sibi regem constituunt. Masdras autem cum manu Sueuorum statim Lusitaniam depraedatur, acta illuc Romanorum cade praediq. contractis. Ciuitas etiam Olisepona sub specie pacis intratur. Nec mora, Fratan mortuo, Sueui, qui cum eo fuerant, ad Masdram reuertuntur: regionem Galliciae adhaerentem

tem flumini Durio depraedantur. Masdras autem peracto tertio anno regni sui iugulatur. Quo extincto inter Frumarium & Remismundum Masdra filium oritur de regni potestate dissensio. Sed Fumarus, cum manu quam habebat, Flauientem ciuitatem grandi euertit excidio. Remismundus autem vicina sibi pariter Arigenisium loca & Lucensis conuentus maritima populatur. Frumario autem mortuo, Remismundus omnes Sueuos in suam ditionem reuocat, pacem cum Gallicis reformat, legatos foederis mittit ad Theoderidum regem Gothorum: à quo etiam per legatos & arma & coniugem quam haberet, accepit. Tertio regni anno ad Lusitaniam transit. Cimbricam pace deceptam diripit. Olisepona quoque ab eo occupatur: ciues uerò qui illic praerant, custodiendos tradidit Lusidio. Huius tempore Alax natione Galata, effectus apostata & Arrianus, inter Sueuos regis sui auxilio fidei Catholica hostis emerfit. cuius seductione Sueui à fide Ca-

Q tholica

tholica recedentes, in Arrianum dogma declinant. Post multos deinde reges regnum Sueuorum suscepit Theudemirus: qui fidem Catholicam adeptus, Arriana impietatis errore destructo Sueuos unitati fidei reddidit. Huius temporibus Martinus monasterij Dumiensis episcopus fide & scientia claruit. Cuius studio & pax ecclesie reddita est, & multa monasteria condita. Post Theudemirum, Miro Sueuorum princeps efficitur, & regnavit annis XIII. Hic bellum secundo regni sui anno contra Roccones intulit: deinde in auxilium Liuvigildi Gothorum regis adversus rebellem filium ad expugnandam Hispalim pergit, ibique vita terminum clausit. Cui Eburicus filius in regnum succedit: quem adolescentem Audicas assumpta tyrannide regno privat, & monachum factum in monasterio damnat, pro quo non dilata est sententia. mox enim Liuvigildus Gothorum rex Sueuis bellum inferens, optento eodem regno Audicam deiecit, atque detonso eo, post regni honorem,

honorem, presbyterij officio consecrauit. Sic enim oportuit, ut quod regi suo fecerat, rursum idem ab alio congrua meriti vicissitudine pateretur. Regnum autem Sueuorum deletum in Gothos transfertur, quod mansit annis centum XX. sex.

Explicit historia Sueuorum.

CHRONICA  
REGVM  
WISIGOTHORVM.

ERA quadragesima, in Gothis primus Rex Atanaricus efficitur. Post hunc Alaricus. Quo in Italia mortuo, Ataulfus eligitur. Isto regnante, Gothi relicta Italia, Gallias ac postea Hispanias occupant. Anni verò regum hac summa notantur.

Atanaricus regnavit annos XIII.

Alaricus regnavit annos XXVIII. in Italia.

Ataulfus regnavit annos VI.

Sigericus regnavit annos VII. alibi semis tantum D.

Q 2

Walia

Walia regnavit annos III.  
 Theoderedus regnavit annos XXXIII.  
 Thurimodus regnavit annos III. alibi  
 vnum.  
 Theudericus regnavit annos VII. alibi XIII.  
 Euricus regnavit annos XV.  
 Alaricus regnavit annos XXI. II.  
 Gesaericus regnavit annos I. II. & in late-  
 bra annum I. alibi XV.  
 Theudericus de Italia regnavit in Hispania  
 tutelam agens Amalrico nepoti suo  
 per consules, annos XII.  
 Amalarius regnavit annos V.  
 Theudj regnavit annos XVI. menses VI.  
 Theudisclus regnavit annum I. menses  
 VI. dies XIII.  
 Agila regnavit annos V. menses VI. dies  
 XIII.  
 Arhanagildus regnavit annos XV. men-  
 ses VI.  
 Vacat regnum menses V. & alibi XIII.  
 Liuva regnavit annum I.  
 Liuvigildus regnavit annos XVIII.  
 Reccaredus regnavit annos XV. menses  
 VI. dies X.  
 Item Liuva regnavit annum I. menses VI.  
 Wittericus regnavit annos VI. menses X.  
 Gun-

Gundenarus regnavit annum I. menses X.  
 dies XIII.  
 Sisebutus regnavit annos VIII. menses XI.  
 dies XVI.  
 Item Reccaredus regnavit annos III. II.  
 Sunintila regnavit annos X. II.  
 Sisenandus regnavit annos III. menses  
 XI. dies XVI.  
 Chintila regnavit annos III. menses VIII. I.  
 dies VIII. I.  
 Iulga regnavit annos II. menses III. I.  
 Chindasuindus solus regnavit annos VI.  
 menses XIII. dies XX. I.  
 Item cum filio suo Reccesuindo regere-  
 gnavit annos III. menses VIII. dies  
 XII. obiit pridie Kal. Octobris, Era  
 DCLXI. I.  
 Reccesuindus solus regnavit annos XIII.  
 menses VII. dies XI. I.  
 Obiit Kal. Septembr. D. IIII. feria, hora  
 III. Era DCCX. anno incarnationis do-  
 mini nostri Iesu Christi DCCXXII. anni  
 Cycli decemnovalis VIII. luna III. Idem  
 cum patre suo regnavit annos IIII.  
 mens. VIII. dies XI. I.  
 Suscepit autem dominus Wamba regni gu-  
 bernacula eodem die quo ille obiit in  
 supra-

supradictis Kalend. Septembribus, dilata vnctionis sollemnitate vsq. in diem xiiii. Kal. Octobris, luna xxi. Era qua supra. Idem quoque gloriosus Wamba Rex regnauit annos viii. mens. i. dies xiiii. Accepit quoque poenitentiam praedictus princeps die Dominico ex-eunte hora noctis prima, quod fuit pridie Idus Octobris, luna xv. Era DC. CXVIII.

Suscipit autem succedente die secunda feria gloriosus dominus noster Eruigius regni sceptrum, quod fuit Id. Octobris, luna xvi. Era DCCXVIII. dilata vnctionis sollemnitate vsque in superuenientem diem Dominicum, quod fuit xiiii. Kalendas Nouembriis, luna xxii. Era qua supra.

EX

EX

## DESCRIPTIONE PONTI EUXINI

Quae desideratur apud Procopium Libro quarto belli Gothici, qui est vltimus ogdoadis historiarum.

\* \* \*

ΥΠΕΡΘΕΝ δὲ σάγιδας, ὀννημα ἔθνη  
πολλὰ ἴδρωται. τὸ δ' ἐν τῷ θεῶν, διλυσία  
μὲν ἢ χάρα ἀνόμαται. βάραεσι δὲ αὐτῆς ἀν-  
θρωποι, πῆ τε παρὰ τὴν κῆ τῶν μεσόγειον ἔχου-  
σι, μέχρι ἐς τὴν μαίωπιν καλιμνίου λίμνῆς  
ποταμὸν τανάιν, ὃς δὴ ἐς τὴν λίμνῆν ἐσβάλλει.  
αὕτη δὲ ἡ λίμνη ἐς τὴν ἀκτὴν πόντου τὴν δὲ  
νετὰς ἐμβολὰς ποιεῖται. ἀνθρωποι δὲ οἱ ταύτη  
ᾤκωνται, κιμμέριοι μὲν τοπαλαίων ὀνομά-  
ζονται, ταυῶν δὲ ἔστυργεσι κελουῶται. κῆ  
αὕτ καθύπερθε ἐς βόρραν ἀνεμῶν, τὰ ἀντων  
ἀνεμῶν ἴδρωται. παρὰ δὲ τὸν χῶρον αὐτῶν,  
ἔσθλη ἢ τῆς λίμνης ἐμβολὴ ἀρχεται Ἰόθιοι ὅσα  
ζαίεται καλιμνιοὶ ᾤκωνται, ἔ πολλοὶ ὄντες, οἱ  
δὴ τὰ χριστιανῶν νόμιμα σάβωμοι, πῆ ἐλλου-  
σιν ἔδινος ἦσον. τανάιν δὲ καλιῶν οἱ ἐπιχῶ-  
μοι ἐπὶ τὴν ἐμβολὴν ταύτην ἐν λίμνῆς ἀρξά-  
μένην τῆς μαίωπιν ἄξει ἐς τὸν δὲ ξέρον πόν-  
τον,

Q 4

τον,





λάχλαμοι, ἢ ἄλλο τι ἐπακαλουῦτο. περιῶντο  
 δὲ τῷ χρόνῳ φασίν, εἰπερ ὁ λόγος ὑγιής ἐστι, τῆς  
 μὲν κίμμεριων νεανίας πινάς ἐν κυνηγασίῳ  
 διαβίβω ἔχει· ἔλαφον δὲ μίαν παρὲς αὐτῆς  
 φύρουσαν, ἐς τὰ ὕδατα ἐσπυδῆσαι ταῦτα· τὰς  
 τε νεανίας εἴτε φιλοπμία εἴτε φιλονικία πῶς  
 ἐχουχούς ἢ καὶ τι δαιμόνιον· αὐτὰς κρατησάμε-  
 σε, τῆς ἐλάφου ἐπιπαύσασθαι ταύτην, μηχανῆ τε μα-  
 θείσθαι αὐτῆς ἐδάμια, ἕως ἕνω αὐτῆς ἐς τὴν ἀν-  
 πιπέρας ἀκτὴν ἰκονῶ· καὶ τὸ μὲν διωκόμενον ὅτι  
 ποτ' ἔω, ἀθύς ἀφακίθηναι. δοκῆ γάρ μοι ὡς  
 ἐδὲ ἄλλου τῆς ἐνεργα ἐνταῦθα ἐβραῖνι ὅτι μὴ τῆ  
 γενεᾶς κακῶς τῆς δὲ ἀκημίνοι· βαρβάρους, τὰς  
 δὲ νεανίας τῆς μὲν κυνηγασίου ἀποτυχεῖ· μάχης  
 δὲ ἀφορμὴν καὶ λείας οὐρέας. ἐς ἣθι γὰρ τὰ πᾶ-  
 ρια ὀπιτάχρα ἐπαθήκοντες, ἐσθλα παῶσι κίμ-  
 μερισις πεποίη, ὅτι δὴ ταύτη βατὰ σφίσι τὰ  
 ὕδατα εἶναι. ἀελομέτροι ἐν αὐτῆς τὰ ὄπλα,  
 πανδημῆ τε διαβάντες, ἐγίγοντο μελλήσθαι ἐδα-  
 μιὰ ἐν τῆ ἀνπιπέρας ἠπείρω, βαυδύλων μὲν ἦδη  
 ἐβίβω δὲ αἰαζάντων ἐπὶ τὰ λιβύης ἰδρυσταμένωι,  
 ἐν ἰσπανία δὲ ἐπιγυθῶν οἰκηταμένων. Ἰό-  
 θοις ἐν τοῖς ἐς τὰ τῆς ἀκημίνοις πεδία, ὄξα-  
 πιπείως ἐπὶ πῶσι· τας, πολλοὺς μὲν ἐκτετακται, τὰς  
 δὲ λοιποὺς ἐξέφυγαντο ἀπαντας. ὅσοι τε αὐτὰς  
 διαφυγεῖν ἴσχυσαν, ἕνω πασι τε καὶ γυμνασθῆναι  
 ἐβένδε ἀνασάντες ἀπάλικον μὲν τὰ πᾶσι  
 ἣθι·

ἣθι· διαπορθμευσάμενοι δὲ ποταμὸν ἴσεν  
 ἐν γῆ τῆς ῥωμαίων ἐγένοντο. καὶ πολλὰ μὲν τὰς  
 ταύτη ἀκημίνοις διαῖα ἔδρασαν· μεταδόντος δὲ  
 βασιλέως ἀκήσαντο ἐς τὰ ἐπὶ θρακίης χεῖρα·  
 καὶ τὰ μὲν ξυμμετάχου ῥωμαίοις, τὰς τε στυ-  
 τάξεις ὡς περ οἱ ἄλλοι στρατῶν παρὲς βασι-  
 λέως κομιζόμενοι ἀνά πᾶν ἔτ' ἢ καὶ φοιδεράτοι  
 ἐκπεληθέντες· ἔτ' αὖ γὰρ αὐτοὺς τότε λατίνων φω-  
 νῆ ἐκάλεσαν ῥωμαίοι· ἐκείνο οἶμαι ὡς ἔλαθη-  
 λουῦντες ὅτι δὴ ἐχ' ἡσημίνοι αὐτῆς τῆς πολέμου  
 γόθθοι, ἀλλ' ἐπὶ ξυμβήκαις πῶν ἔναπονδοι ἐγέ-  
 νοντο σφίσι. φοιδερα γὰρ λατίνοι τὰς ἐν πολέμῳ  
 καλέσσι ξυμβήκαις, ἵππερ μοι ἐμπεραθεν διδῆ-  
 λω) λόγους. τὰ δὲ καὶ πόλεμον παρὲς αὐτοὺς  
 διέφερον ἐδὲν λόγῳ ἕως ἄχρον ἀπόντες ἐς ἰτα-  
 λίαν θυδελέχου ἠγρουμῆρου σφίσι. τὰ μὲν ἐν  
 τῆς γόθθων τῆς δὲ καχάρηκεν. ἔνοι δὲ αὐτῆς  
 τὰς μὲν κτείναντες, τὰς δὲ ὡς περ ἐρήθη ὄξανα-  
 σήσαντες, τὴν χεῖρα ἐσχον καὶ αὐτῆς κουξί-  
 ρουεσι μὲν παῶδας καὶ γυμνασθῆναι μετα-  
 πεμφάμενοι, ἐνταῦθα ἰδρυσαντο, οὐ δὴ καὶ ἐς  
 ἐμὰ ἦθη· καὶ δὲ αὖ μὲν πολλὰ παρὲς βασιλέως  
 ἀνά πᾶν ἔτος κομιζουσι, καὶ διαβαίνοντες ποτα-  
 μὸν ἴσρον καταθέουσι ἰσπαι τὴν βασιλέως χεῖ-  
 ραν, ἔναπονδοὶ τε καὶ πολέμοι ῥωμαίοις ὄντες.  
 ἐτίρουεσι δὲ ἕνω τῶ ἠγρου μόνω ἐπ' οἴκη ἀπα-  
 κομιζοντο, μένοι το λοιπὸν ἐνταῦθα καθιζόμε-

νοι, διὰ πρῶτον ἰσχυρῶς τῆς μαιώπιδος ἀ-  
 γροῦ ἐγένοντο, Γότθοις ἐνταῦθα τοῖς περὶ τὴν  
 καλιμνῶν ἐπέτυχον, καὶ τὰ μὲν παλαιὰ φε-  
 ράμενοι ταῖς ἀπαντῶσιν οἱ Γότθοι, ἀπὸ τῶν τοῖς  
 ὀπίσθιον ὡς ἀμυνομένοι ἐπισταί, ὅθεν τὰ περὶ σφε-  
 τέρων καὶ γινώσκοντο ἰσχυρῶς διαρροῦντες, ἀπὸ τῶν  
 ἀλκιμωτέρων ἀπαντῶσιν εἰς τὴν βαρβαρίαν, καὶ  
 ἢ παλαιὰ τῆς μαιώπιδος ἐστίν, ἢ δὴ τότε διὰ τὴν  
 φασί) Γότθοι ἰδρῶν), ἐν ὧν καταρξίμωσιν μη-  
 κροῦσιν, ὡς ἐκαλεῖσθαι τὰ ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν ὀπίσθι-  
 σον, μίαν ἐπὶ αὐτοῖς εἰσοῦσιν ἢ λίαν ἀρῶν αὐ-  
 τοῖς ὀπίσθιον παρῆλθον. ὅθεν δὲ (ἢ τὰ γὰρ οἱ  
 ἰσχυρῶς πρὸ τῆς ἐστίν ἐπισταί ἐνταῦθα ἢ ὄψον, ἢ τὴν  
 Γότθοι τῶν πολεμίων ὀμίλων ὄπτησιν ἀντιζῶν  
 εἰδωλῶν ἢ ληστῶν) ἐκ λόγων ἀλλήλοις ἐκλήμωσιν,  
 ἢ ἢ ὡν ἀνάμνησιν καὶ ποιήσιν) τὴν δια-  
 σιν: καὶ οἱ Γότθοι ἰδρῶν) καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ  
 ἢ παλαιᾷ παρῆλθον τῆς ἀποβολῆς καλίστα τὰ ἀπὸ  
 τῶν, ἢ δὴ τὴν, τὰ καὶ ἰδρῶν): φίλοι τε καὶ ξένοι  
 μαχοῖτο τοιοῦτον ἐπιβουλήσιν ὄντες ὅτι τῇ ἰσχυρῶς  
 ὀμίλων σφίσιν ἐνταῦθα βιώσιν) ἢ παλαιᾷ ἀπὸ  
 ἐπὶ μὲν οὖν οἱ δὲ Γότθοι τῆς ἰδρῶν) καὶ  
 τῶν κουφισθῶσιν, ὡς παρῆλθον, ἀπολεψί-  
 μων ἐν γῆ τῇ ἀποθαστέρα τῆς λίμνης ἴση, μόνον  
 ἀπὸ τῶν ἢ χῶσιν ἰσχυρῶς, παρῆλθον ἢ ρωμαί-  
 οῖς αἰετῶσιν παρῆλθον, ἐπεὶ ἢ δὲ αὐτῶν ἀγ-  
 χασα ὄψιν), ἀλλ' ἔθνησιν πολλοῖς ἀπὸ τῶν ὀμίλων  
 μεταξὺ

μεταξὺ ὄψιν ἀκουσίᾳ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶς ἐς ἀ-  
 τῶν ἔχον). ἢ παλαιᾷ δὲ λίμνη τὰ τῶν μαιώπιδος  
 καὶ ποταμῶν τῶν αἰνῶν, ἐπὶ πολλοῖσιν ἀπὸ τῶν τῆ-  
 δε πεδίων κουφισθῶσιν οἰνοῖ, ἢ πρὸς μὲν εἰρήθην,  
 ὡκῆσαντο. μετὰ δὲ αὐτοῖς σὺν τῶν καὶ ταῦσιν  
 ξυμπασαῖ ἔχουσι τῶν ταῦτη χῶσιν, ἢ πρὸς  
 σφίσις τῶν κηλῶν καὶ νεύσιν ἐπικαλεῖ), ἢ δὴ καὶ  
 τῆς ἀρτέμιδος τὴν νεῶν γινώσκοντα φασίν ἢ ὡς παρῆ-  
 λθον τὴν τῶν ἀγαμίμων) ἢ ἰριγενῶσιν παρῆλθον. καὶ  
 οἱ σὺν τῶν τῆν χῶσιν τῶν ὀμίλων ταῦτον γινώσκοντα  
 φασί, σὺν τῶν τῶν τῶν ἀπὸ τῶν ξυμπασαῖ καλεῖ-  
 σθαι τοῖς ἐνταῦθα ἀθροῦσιν, τῶν κηλῶν  
 τοῖς ἀμφοῖν τῶν ὄψιν καὶ πόλει Κομαῶν δὲ δεινη-  
 μένοις μὲν ἐς ἐμείν τῶν λόγου. ἀλλὰ ὡς καὶ μὲν  
 τῶν λεγέτω ἢ παρῆλθον ὡς αὐτῶν βυλομῶσιν  
 ἐστίν. πολλὰ γὰρ τῶν ἐτέρων γινώσκοντων ἴσως  
 δὲ καὶ ἀδαμῶν ξυμπασαῖ ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ὀμίλων  
 ποιεῖσθαι φιλῶσιν ὡς πᾶσι ἢ ἢ, ἀφανιστοῦσιν  
 τῶν μὲν τῆν δουκῶσιν τῆν αὐτῶν ἀπαντῶσιν ἐπον-  
 ται. μετὰ δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα, ἀπὸ τῶν θαλάσσιον  
 οἰκῶσιν) βῆσσοσιν ὄνομα, ῥωμαίων κατήκοον  
 γινώσκοντα ἢ πολλὰ παρῆλθον. δις.

## E A D E M

L A T I N E .

\* \* \*

**S**UPRA Sagidas Hunnicæ variæ nationes sitæ sunt. Delinc autem Eulyfia regio appellatur. Barbari autem eius incolæ & mediterraneis locis & ad maris litora habitant ad Mæotim vsque paludem & Tanaim fluuium qui in eam paludem influit. Ea autem palus in Euxini pontilitus labitur. Eius autem regionis accolæ olim quidem Cimmericij nominabantur, nunc autem Vturguri: & supra eos ad Aquilonem Antorum Amera. ultra eum autem locum vnde paludis eruptio incipit, habitant Gothi Traxitæ nomine, non multi, sed qui Christianorum legem colentes, eam accurate tuentur. Vocant autem incolæ Tanaim etiam illam eruptionem quæ à Mæotide palude incipiens ad Euxinum vsque pontum pertinet, itinere, vt aiunt, dierum viginti. quin & qui inde spirat ventum Tanaitem appellant. An autem Gothi isti, quemadmodum & Gothicæ gentes cæteræ, Arrianam olim secuti sint perfidiam,

perfidiam, an aliam aliquam, non dixerò, quando nec ipsi id sciunt. sed hodie amore multo & tranquillitate hanc doctrinam colunt. Hi paullo ante, nimirum XXI. anno imperij Iustiniani, legatos quatuor Byzantium misere, Episcopum sibi concedi postulantes, quando qui ipsis sacerdos erat, mortem haud ita dudum obierat. Inaudierant autem & Abugis ab Imperatore missum esse Pontificem. Et Iustinianus quidem promptissime, eorum annuens precibus ad eos Episcopum misit. \* Legati autem isti Hunnorum Vturgurorum cum à multis quam ob causam ad Imp. venissent, rogarentur, publicè nulla alia de causa quam sacerdotis accipiendi iter sibi susceptum testabantur. Postquam verò intèrius admissi clam conuenerunt, quomodo res Romana commissis inter se qui sibi vicini erant barbaris, iuuaretur, aperiant. Qui autem & vnde profecti Traxitæ isti, sedes ibi posuerint, dicam. Olim ingens Hunnorum, qui Cimmericij tunc dicebantur, multitudo ea quæ dixi loca inhabitabat, iisque princeps vnus præerat. Contigit autem olim quendam ex iis duos habere filios, alterum Vturgur nomine, alterum

rum Cutrigur. qui post parentis mortem imperio inter se diuiso, cognomen suum populis sibi subiectis quique tribuerunt. Hi enim Utiguri, illi Cutriguri hodieque nominantur. Isti omnes ibi habitant studiis quidem inter se per omnia similes, impermixta autem inter se. Hi verò in altera paludis eiusque eruptionis parte sedent, qui olim aquas illas neque traiciebant, neque traici posse existimabant, in expeditione loca facile migrantes, cum neque transmittere tentarent, neque solliciti de traiectu ullo modo essent. Paludem autem Maxotidem eiusque eruptionem transgredienti, statim occurrebant olim ad eius oram Gothi Traxita nominati, quorum modò memini. Longe autem ab iis Gothi, & Visigothi, & Vandili, & ceteræ Gothicæ nationes omnes, qui & Seythæ superioribus temporibus dicebantur. quandoquidem communi vocabulo Seythicæ nominabantur nationes cæ omnes quæ loca ea incolebant, earum autem aliquæ Sauromata, aut Melanchaleni, aut alio quo nomine. Procedente autem tempore ferunt, si vera est narratio, iuuenes quosdam Cimnerios venatione se exercere solitos,

in

in ceruam incidisse, quæ eos cum fugeret, in aquas illas insilierit, iuuenesque laudis cupidine, an victoriæ amore, an diuino cogente numine, ceruam persecutos donec simul cum ea in aduersam paludis marginem peruenisset. Et id quidem quod insequerentur quidquid illud fuerit, statim euauisse. Videtur enim mihi nulla alia de causa ibi apparuisse quam ut male esset barbaris, qui ea loca incolebant. Iuuenes igitur istos venatu frustratos, pugnae prædæque occasionem nactos. Quamprimum enim ad patrias sedes reuersi, Cimnerios docuerunt transmitti aquas illas posse. Raptis igitur armis omnes simul transgressi, confestim in altera ripæ parte extiterunt, Vandilis iam inde digressis & in Africa constitutis, Visigothis autem in Hispania habitantibus. Gothos igitur locorum incolas aggressi multos necant, ceteros in fugam vertunt omnes. Quicumque autem eorum vim effugere potuerit, assumtis liberis vxoribusque inde profecti sedes patrias reliquerunt, & Istro fluuio transito in Romanorum regione constitunt: vbi cum grauiter incolas vexassent, in vicinis Thraciæ locis concedente Imp.

R

concede-



confederunt. Et partim quidem Romanis  
 auxiliares erant, & quotannis stipendium  
 ab Imp. sicut ceteri milites, accipiebant,  
 Foederati cognominati (ita enim Latina  
 voce eos Romani dixerunt, illud opinor sub-  
 inuenientes non bello à se victos, sed pa-  
 ctionibus certis amicos factos Gothos:  
 (Foedera enim Latini pactiones quae in  
 bello sunt adpellant, sicut superius à me  
 dictum est.) partim autem bellum cum  
 eis meditabatur, donec Theuderico duce  
 in Italiam peruenerunt. Et Gothorum  
 quidem res ita se habent. Hunni autem  
 eorum partem mactantes, partem, ut di-  
 ctum est, excubantes, regionem obtine-  
 bant. Et ex eis quidem Cutriguri liberis  
 vxoribusque adsumtis ibi confederunt,  
 vbi hodieq. habitant, & munera ab Imp.  
 multa singulis annis percipiunt, & trans-  
 uecti Istrum fluum, semper Imp. subie-  
 ctam regionem populantur, foederati si-  
 mul & hostes Romanorum. Utigouri ve-  
 rò cum suo duce domum redierunt, soli  
 in posterum eam regionem obtinentes.  
 Hi cum prope Mæotidem paludem ap-  
 plicuissent, in Gothos & eos qui Traxitæ  
 dicuntur, inciderunt. Ac primo quidem

Gothi

Gothi scutis armati obuiam aggredienti-  
 bus processerunt sese defensori tam virib.  
 suis quam locis fidentes. Hi enim sunt  
 barbarorum omnium fortissimi, & prima  
 Mæotidis eruptio ad quam tunc Traxitæ  
 Gothi habitabāt, in Lunæ spectem situa-  
 ta, eosque vndique prope ambiens, ingres-  
 sum ad eos vnicum eumque admodum  
 angustum inuadentibus præbebat. Postea  
 tamen cum neque Hunni multum tem-  
 poris ibi terendum sibi esse constituerent,  
 neque Gothi pares se hostium multitudi-  
 ni cernerent, inter se collocuti, traicere  
 omnes simul deliberant, ea conditione, ut  
 Gothi in continente ultra ripam ad eru-  
 ptionis ipsius oram sedes figāt, vbi etiam-  
 num habitant, & amici sociique de cæte-  
 ro sint Utigurorum in perpetuum pari-  
 cum Hunnis iure. Ita igitur Gothi ibi ha-  
 bitarunt, & Cutriguris in vltiore Mæo-  
 tidis paludis continente, sicut dictum est,  
 relictis, soli Utiguri eam regionem tenuerunt  
 negotium Romanis minime exhibentes,  
 quorum neque sunt vicini admo-  
 dum, & interiectis multis nationib. otium  
 vel inuiti colunt quantum ad Romanos  
 attinet. Transmissa autem Mæotide pa-  
 lude

R 2

lude



lude & Tanai flumine, Cutriguri Hunni, sicut dictum à me est, magnam partem eius tractus incolunt. Post eos Scythæ & Tauri totam occupant eam regionem quæ Lacinia Taurica hodieque dicitur, ubi & Dianæ aiunt fuisse templum cuius Agamemnonis filia olim fuit antistita. Præterea Scythæ aiunt tum regioni id nomen fuisse, tum etiam Scythas vocari eos omnes qui ea loca habitât, id ex iis conijcientes quæ de Oreste & Comana vrbe narrata à me sunt cum de iis mentio incidit. Sed de his suum esto cuique iudicium. Pleraque enim quæ vel alibi gesta sunt, vel etiam nunquam acciderunt, quidam comminisci gaudent tanquam sint genuina & ubi nati sunt, gesta, agrè ferentes nisi suam opinionem cæteri omnes tueantur. Post eas verò gentes, vrbs maritima habitatur Bosphorus nomine, non ita dudum Romanis obediens. &c.

Casti-

## Castigationes

IN

## ISIDORI

### CHRONICON GOTHORVM.

**E**XIMIA quedam fuit & singularis CL. V. Petri Pithæi I. C. cum Iuris, tum antiquitatis & linguarum historiarumque cognitio. Testantur id præclara ipsius scripta quibus rem literariam illustravit, neque de suo tantum seculo sed de omni posteritate quàm optimè est meritus, neque porro destitisset pluram cotidie doctrinam industrię, suæ monumenta edere, nisi ipsum Deus ex hoc mundana vite ergastulo ad caelestem illum beatorum cætum euocasset. Cuius quidem obitus ut bonis omnibus & doctis viris per quàm acerbis accidit, ita hoc eis maximo solatio esse potest, quòd in CL. V. Francisco Pithæo I. C. germano illius fratre, optimoq; λαμπρὰ ἔχει, par eruditio, iudicij, acrimonia, par etiam de omni literatura bene merendi & voluntas & facultas vigeat; quem ut Deus Reip. literarie quàm diutissimè seruet incolumem, eiusq; studia benignitatis suæ aura aspiret, obnixè precamur. Inter alia verò quamplurima monumenta anti-

R 3

quitatis

quiritatis qua Petrus Pithæus à situ interitus  
vindicavit, sunt etiam Leges Gothorum, & hoc  
Isidori Chronicon in quo multa sunt scitu di-  
gnissima, neque apud alios historicos obuia.  
Cum vero per incitiam ut sit librorum  
multa in hoc Chronicon errata in supputatione  
temporum atque, Erarum incidissent, eorumq;  
me monuisset Illust. V. Iosephus Scaliger, opera-  
precium me facturum putavi, si eorundem  
etiam Lectorem admonerem. Neque enim  
exiguam usum hæ Castigationes sunt habitu-  
re, ad alia eiusdem farinae errata que in Gre-  
gorium Turonensem aliosque scriptores irre-  
pserunt, corrigenda.

P. A. G. itaque 201. lin. 18. ubi legitur, ERA  
CCXIIII. ] Hic nota unitatis pro nota centena-  
rij itrepsit, ut non semel apud Greg. Turon. &  
alios. Legendum enim CCXCIIII, qui erat an-  
nus Valeriani & Galieni Imp. tertius.

Ibid. Anno \* Valeriani, ] lege, Anno III. Va-  
leriani, ut iam diximus.

202, l. 8. ERA CCLXVIIII; ] Hinc exci-  
dit, nota centenarij. lege: CCCLXVIIII: qui erat  
annus Christi Dionysianus CCCXXXI: atque adeo  
erat xxvi. Constantini Magni, ut noster auctor  
vult: quandoquidem maxima pars veterum &  
recentiorum annum primum imperij Constani-  
tini statuunt in anno Christi 306. Sed de hac re  
consule lib. v. De Emendatione temporum.

Ibid.

Ibid. l. 20. ERA CCCVIIII; ] Hinc quoque ex-  
cidit vnus centenarius. Legendum: ccccviii;  
Nam annus quintus Valentis est Christi 369.  
proinde ERA Hispanicæ 407. Valentinianus  
enim iniiit imperium sine Februarij anni Christi  
364. Cum autem imperasset annu vnum, men-  
sem vnum, acciuit ad societatem Imperij Va-  
lentem fratrem, anno Christi 365, ERA 403.  
Ergo annus Valentis quintus erat ERA 407.

203, l. 7. ERA CCCXVI: Anno XIII. Valen-  
tis. ] Ex iis quæ supra demonstrata sunt, legen-  
dum, Anno XIII. Valentis.

205, l. 9. Anno Honorij & Arcadij. ] lege, An-  
no xv. Arcadij. ERA ipsa, & temporum ratio, &  
Fasti consulares hoc probant.

206, l. 19. ERA CCCXLVIII. Anno primo  
Theodosij minoris. ] Arcadius obiit Kal. MAI:  
ERA CCCXLVI. vnde iniiit Imperium Theodosij  
minoris Arcadij F. Ergo hic perperam legeret-  
ur: CCCXLVIIII; pro CCCXLVI; Sed non est  
error librarij, cum sequenti capite annus septi-  
mus Theodosij minoris sit ERA CCCLIIII;  
quæ debet esse CCCCLII. Biennio enim plus  
dicit utrobique. Itaque secundum Isidorum Ar-  
cadius obierit Anno Christi 410, ERA 448.

208, l. 20. ERA CCCCLXVII. anno \* Theodosij  
minoris. ] Secundum Isidorum is erat annus  
Theodosij minoris vicesimus. Itaque haud du-  
biè Isidorus scripsit ERA CCCCLXVII; anno  
xx. Theodosij minoris.

209. l. vlt. ERA CCCXC; anno Marciand Imp.  
primo ] v. Kal. Augusti ERA 488, anno Christi

R 4

Diony-

Dionysiano 450. cœpit regnare Marcianus. Hic tamen eius annus primus conicitur in ERA M 490. Quare vno saltem anno plus dicit, vt & in sequenti capite.

215, l. 3. ERA D XLV, anno XXVI. Anastasii Imp ] Legendum, Anno XVII. vt supra.

Ibid. l. 16. ERA DLXIII; XIII l. anno Iustini-  
niani ] Locus valde pesturbatus. Iustiniani an-  
nus primus confurgit ex Anno Christi Diony-  
siano 522, Indictione v. ERA 565. Proinde an-  
nus XIII. Iustiniani congrueret ERA DLXXVII,  
qui tamen hic est DLXIII, hæud dubie nõ fido-  
ri, sed librariorum culpa, cum constet Iustina-  
num nondum iniuisse Imperium. ERA. DLXIII.

216, l. 1. ERA DLXnona ] Certo certius est,  
hinc excidisse notam denarij, & legendum esse  
ERA DLXXnona. Vel, quod idem est DLXXVIII.  
Id planè confirmat, antecedente capite legen-  
dum DLXXVII.

217, l. 4. ERA DLXXX; anno XII. Iustiniani. ]  
Hic nota vnitatis, pro nota quinarij posita. Lege,  
Anno XVI.

Ibid. l. 10. ERA DLXXXIII. anno XVI. ]  
Hic nota quinarij pro nota Denarij supposita.  
Lege, XXI. quanquam vicessimus annus Iustina-  
ni ille erat, non autem vicessimus primus.

Ibid. l. 18. ERA DXCII; anno XXXVII. Iusti-  
niani. ] Lege, anno XXVII. Iustiniani.

218, l. 8. ERA DXVII ] Lege, DXIII, qui  
erat annus Christi 566, secundus Iustini Iunio-  
ris, ex Idibus Nouembris. Sequenti quoque ca-  
pite legendum, ERA DXIII;

237, l. 22. Anno Incarnationis Domini nostri  
Iesu Christi DCCLXXII. ] Hic vnus centenarius  
abundat. Lege DCCLXXI.

Initia itaque regni Gothorum in Hispania ratio-  
ne Erarum Hispanicarum, & Amorum Christi ordi-  
ne qui sequitur distingue.

Anni  
Æ R Æ Christi.

Hispanicæ.

407	369	Atharicus.
410	382	Alaricus cum Rada- gatho.
449	411	Athaulphus.
454	416	Segeticus.
454	416	Wallia.
457	419	Theuderedus.
490	452	Turismundus.
491	453	Theudericus.
504	466	Euricus.
521	483	Alaricus.
544	506	Gesalricus.
549	511	Theudericus.
565	527	Amalaricus.
569	531	Theudis.
586	548	Theudifculus.
587	549	Agila.
592	554	Atanagildus.
605	567	Liuaa.
606	568	Leouigildus.
624	586	Reccaredus.

Anni ÆRÆ  
Christi.  
Hispanice

639	601	Liua.
641	603	Wittericus.
648	610	Gundemarus.
650	612	Sisebutus.
659	621	Suinthila.
669	631	Sisenandus.
674	636	Chinthila.
678	640	Tulca.
680	642	Chindasvintus.
710	672	Wamba.
718	680	Eruigius.
725	687	Egiga.
739	701	Witiza.
749	711	Rudericus.

De ratione vero Erarum Hispanica-  
rum qui plura cognoscere velit, adeat Jo-  
sephi Scaligeri libros de Emendatione  
temporū, Theaurum incomparabilem,  
quem ab ipso accuratissime recognitum,  
& infinitarum rerum scitu dignissima-  
rum accessione locupletatum, proximus,  
vti spero, Autumnus è typographeio  
Plantiniano in lucem proferet.

IN

## Regum Gothorum.

†	IND. IN. M. WAMBA R.
	CORDOBA PATRITIA.
	*
†	SVINTHILA. REX
	CORDOBA. TOPRM.
	*
†	ID. IN M. ERVIGIVS R.
	CORDOBA PATRITIA.
	*
†	IAINM. ERVIGIVS. R.
†	ISPALI. PIVS.
	*
†	WITTERICVS. RE
†	PIVS. ISPALI.
	*
†	..... WAMBA. R.
	ISPALI. PIVS.
	*
†	RECCAREDVVS REX.
†	PIVS. ISPALI.
	*
†	SISEBVTVS RE
†	ISPALI. PIVS.
	*
†	SVINTHIL. RE
†	IVSTVS. TV: CL.

SVIN-

† SVINTILA RE  
 † PIVS. ELIBER.  
 \*  
 † SISEBVTVS. RE  
 PIVS. ELIBERRI.  
 \*  
 † RECCESVINOVS R.  
 † BRACARA. PIVS.  
 \*  
 † I. DINM. EGICA R. VCTR. R.  
 \*  
 † RECCAREDVS REX  
 † EMERITA VICTOR.  
 \*  
 † SISEBVTVS RE  
 † EMERITA PIVS.  
 \*  
 I. DINMN ERVIGIVS R.  
 \*  
 † IND. N. M. WITIZA R.  
 \*  
 † LEOVIGILDVS REX.  
 TOS ELVORA. IVS.  
 \*  
 † RECCAREDVS. RE  
 † TOS ELVRIA.  
 \*

I. DI. NMN. est I. DI. NMN.  
 Hoc est, IN DEI NOMINE.

NOTE

## NOTÆ

IN

## PROCOPII FRAGMENTVM

DE SEDIBVS GOTHORVM.

**H**VIVS etiam praclaræ fragmenti Procopii editionem, sumtam ex Descriptione Ponti Euxini, quæ cum integro vno Procopii libro desideratur in Latinis quotquot adhuc in lucem prodierunt illius authoris editionibus, debemus eiusdem quem antea laudavi Petri Pithæi diligentia. Quod quidem fragmentum quod magnam rebus Gothicis lucem adferat, ita ut ante annos aliquot Græcè & Latine Lutetia apud Sebastianum Niellium ad calcem Legum Gothicarum est editum, Iornando meo adiecti. Castigationesq; illius Lutetianæ editionis margini adiectas quæ mihi  $\delta\sigma\upsilon\chi\omega\varsigma\ \epsilon\chi\epsilon\omega$  videbantur in contextum recepi. Errata verò plura quæ librariorum vitio irrepperant, & adhuc resident, & interpretem fefellerunt, quoad potero in præsentiarum corrigam.

PAG. 239, lin. 18.  $\delta\nu\omicron\mu\acute{\alpha}\zeta\omicron\nu\theta\eta$ ) lege  $\delta\nu\omicron\mu\acute{\alpha}\zeta\omicron\nu\theta\eta$ .

l. 20.  $\tau\acute{\alpha}\ \delta\upsilon\theta\eta\tau\omega\nu\ \delta\iota\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\alpha\ \iota\delta\iota\upsilon\mu\omega$ ) Inigne hoc erratum vitio, non dubitauerim, librarij in exemplar ms. quo vsus fuit interpres irrepperat. In Procopio, cuius exemplar nobis Nobiliss: Ampliss: que vir Aug. Jac. Thuanus consiliarius Regius



gius, & supremæ Curix Parisiensis Præses, pro singulari suo ad iuuandam promouendamque rem literariam studio ac beneficentia, transcribi curauit, ita legitur, ἔθνη τῶν Ἀντῶν, deinde ex ductibus sequentis vocis non nihil alioquin infictatis, satis tamen constat legendum ἀμεβα. ut sit sensus planissimus: ultra Vturguros Boream versus infinitas Antarum gentes habitare. De qua gente vide Iornandem pag. 16.

l. 22. οἱ τετραξίθ. lege οἱ τετραξίθ.

240. l. 7. ἀλλὰ οἰκία τέλειαν ἢ ἀπαρμυσίνῃ πολλῇ πμῶπ τῶ δόξαν. Error manifestus sine potius inscitia Græculi alicuius scribæ, qui pro ἀλλ' ἀφελεία &c. substituit ἀλλὰ φιλία, interpretem fefellit.

l. 15. περπωμάτα. lege πορθυρόματα.

l. 17. οἱ ὃ παρῆσθες ἔπει ἔγνων τῶν ἐτρυγούρων ἐς μὴν τὸ ἐμφανές αὐτῆσθων πολλῶν ἀποσμίζουτες. Vnicuique uocula vel omilla vel neglecta effecit ut interpretis authoris sententiam minus assequeretur. Scribe itaque, οἱ ὃ παρῆσθες ἔπει δὲ τῶν ἔγνων &c. quorum & sequentium hic est sensus: Legati autem hi meto Hannorum Vturgurorum palam quidem multa quæ ex auditu acceperant nullitantes atque celantes (nam hoc est τὸ ἀποσμίζοντες) cuius rei causa uenirent, aliud quidem nihil quam de Episcopo detulerunt. Clam uero admodum ad arcanum colloquium admissi, omnia aperiant quæ Romanorum imperio conducibilia fore iudicabant, cum finitimi barbari affiduis inter se dissensionibus conflictarentur.

l. 21. καρταίωτα. lege καθαρταίωτα.

l. 24

l. 24. οἱ τετραξίθ) lege οἱ τετραξίθ) ut supra.

241. l. 15. περὶ τὰ δολοτάτα περφοροι ὄντες) Ita emendauit, cum antea legeretur in contextu περφοροι, & in margine positum esset περφοροι. quam lectionem secutus interpretis uertit; Inexpeditiora loca facile migrantes. Ego uero contendere legendum περφοροι. ut sit sensus: Eos ad traiectum, qui alioqui facillimus erat, tentandum ualde meticulosos fuisse. Cuius quidem metus causam statim subiungit, πῶ μὴ δέκα ἀποπεράσασθαι αὐτῶν πάποτε. hoc est, quod nemo unquam aquas illas traicere tentasset.

l. 20. οἱ τετραξίθ) lege οἱ τετραξίθ).

l. ult. μελῶν χλαμα) De his & Erulis, & quos Hispani Herreruulos uocant, Germani Swarte ruyters, dicam in Nouis meis in Procopij historiam.

242, l. 6. φιλονικία) Erratum typographicum; lege φιλονικία. & l. 12. ἄλλο τοῦ lege ἄλλο τῶ. & l. 13. τῆδε, lege, τοῖς τῆδε. l. 20. βαρδύλων lege βανδύλων.

243, l. 18. ἐξανασθούτες) In uersione Latina est, Excubantes, quod quidem uerisimile est erratum esse typographicum. Lege itaque Ex-turbantes.

l. ult. καθεζόμενοι) rectius καθιζοσόμενοι. & pro eo quod est in Latina uersione obtinentes, lege obtenturi. uel in seffuri.

244, l. 24.) ἐν τῇ γῆ ἐπὶ θαλάσσεια) lege, ἐν τῇ γῆ ἐπὶ θαλάσσεια τῆς λίμνης. hoc est, in terra ad utrunque paludis latus.

245, l. 7. ἢ περὶ σιζά τις πανακὴ ἢ νῦν ὀππαλεῖται) Int.

Int. *Que Spina Taurica hodieq; dicitur.* vbi ad marginem appositum erat *Lacmia.* vide an pro *σειρά* legendum sit *σπειρά.* vtraque verò lectio mihi parum integra videretur.

L. 17. *ἀνδραγατοῦ προσποιεῖσθαι φιλοῦσιν ὡς πάροισι ἦθι*) vide an rectius pro *προσποιεῖσθαι* legi possit *προσπειεῖσθαι.*

Atque hæc quidem nunc temporis in hunc Procopij locum annotasse suffecerit. Plura, quæ fortassis in mentem venient, in Notis meis in totum Procopium; cuius vno, vt supra dixi, libro auctoris nouam versionem adorno, & quàm fieri poterit citissimè in lucem emittam.

FINIS.

# IORNANDES

## Episcopus Rauennas

DE  
REGNORVM AC TEMPORVM

*Successione.*

## IORNANDES VIGILIO

S. D.



VIGILANTIAE vestrae, nobilissime frater Vigili, gratias refero; quod me perlongo tempore dormientem vestris tandem interrogationibus excitastis. Deo magno gratias, qui vos ita fecit sollicitos, vt non solum vobis tantum, quantum & aliis vigiletis, macte virtutis & meriti: Vis enim praesentis mundi cognoscere ærumnias, aut quando cœpit, vel quid ad nos vsque perpeffus est, edoceri. Addis præterea, vt tibi,

A quomodo

quomodo respublica coepit & tenuit, totumque penè mundum subegit, & haectenus vel imaginariè teneat, ex dictis maiorum flosculos carpens breuiter referam: vel etiam quomodo regnum à Romulo, & deinceps ab Augusto Octauiano, in Augustum uenerit Iustinianum. Quamuis simpliciter, meo tamen pandam eloquio. Licet nec conuersationi meae quod admones conuenire potest, nec peritiam: tamen ne amici petitionibus obuiemus, quoquo modo ualimus, late sparsa collegimus, & prius ab auctoritate diuinarum scripturarum, cui & interseruire conuenit, inchoantes, & usque ad orbis terrae diluuium, per familiarum capita rurrentes, deuenimus ad regnum Nini, qui Assyriorum in gente regnans, omnem partem Asiam subiugauit, & usque ad Arabiam Medorum: qui destructo regno Assyriorum, in Medos illud conuertit,

tit, tenuitque usque ad Cyrum Persam. qui itidem Medorum regnum subuersum in Persas transtulit, & exinde usque ad Alexandrum Macedonem, qui deuictis Persis, in Graecorum ditionem Rempublicam demutauit. Post hoc quomodo Octauianus Augustus Caesar, subuerso regno Graecorum, in ius dominationemque Romanorum perduxit. Et quia ante Augustum, iam per septingentos annos, consulum, dictatorum, regumque suorum solertia, Romana respublica nonnulla subegit, ab ipso Romulo aedificatore eius originem sumens, in uicesimoquarto anno Iustiniani Imperatoris, quamuis breuiter, vno tamen, in tuo nomine, & hoc paruissimo libello confeci, iungens ei aliud volumen, de origine actuque Geticae gentis, quod iam dudum communi amico Castalio edidissim, quatenus diuersarum gentium

4 IOR. DE REGN. SVCCES.  
tium calamitate comperta, ab omni  
ærumna liberum te fieri cupias, & ad  
deum conuertas, qui est vera libertas.  
Legens ergo utrosque libellos, scito quòd diligenti mundum semper necessitas imminet. Tu verò ausculta Ioannem apostolum, qui ait; Charissimi, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. quia mundus transit, & concupiscentia eius: qui autem fecerit voluntatem dei, manet in æternum. Estoque toto corde diligens deum & proximum, ut adimpleas legem, & ores pro me, nobilissime & magnifice frater.

IOR-

5  
IORNANDES  
DE  
REGNORVM AC TEMPORVM  
successione.

**R**OMANI, ut ait Iamblichus, armis & legibus exercentes sese, orbem terræ suam fecerunt. Armis siquidem construxerunt, legibus autem conseruauerunt. Quod & ego, sequens eruditissimum virum, dum aliqua de cursu temporum scribere delibero, necessarium duxi opusculo meo velut insigne quoddam ornamentum præponere. Cupio nanque ob inquisitiones amici fidelissimi, ex diuersis voluminibus maiorum prælibans aliquos flosculos, pro captu ingenij mei, in vnum redigere, & in modum historiuncule, tam annorum seriem, quam etiam eorum virorum qui fortiter in rempublicam laborauerunt gesta strictim breuiterque colligere. Quod quamuis simpliciter reor dictum videri doctissimis, gratum tamen fore existi-

A 3

mo

mo mediocribus, dum & breuia sine fastidio legant, & sine aliquo furo verborum quæ lectitauerint sentiant. Ab origine etenim orbis, primæque creatione tam hominum quàm elementorum, vsque or bis terræ diluuium, secundum veridici legislatoris verba Moysi, duo millia ducentos quadraginta & duos annos collegimus. In quibus annis adhuc rudi & simplici hominum natura, non reges, sed familiarum capita in suo genere erant. Quorum tamen ordo huiuscemodi fuit. Adam protoplastus primusque mortalium, vixit annos CCXXX, & genuit Seth. Seth vixit annos CCV, & genuit Enos. Enos autem vixit annos CLXXX, & genuit Cainan. Cainan autem vixit annos CLXX, & genuit Malalehel. Malalehel vixit annos CLV, & genuit Iareth. Iareth verò vixit annos CLXII, & genuit Enoch. Enoch verò vixit annos CLXX, & genuit Mathusalem. Mathusalem vixit annos CLXXVII, & genuit Lamech.

Lamech

Lamech quoque vixit annos centum octoginta octo, & genuit Noë. Noë verò sexcentorum erat annorum, quando diluuium mundi crudelissima facinora expiauit. A cuius regimine, vel ab ipso diluuiio vsque ad confusionem linguarum, quæ item ob delicta adificantium turrim facta est in campo Sennaar & Heber, in quo Hebraorum genus & lingua prisca remansit, quia nec in illa conspiratione interfuit, sunt anni quingenti viginti quinque per familias, sic. Arfaxat filius Sem, nepos Noë, qui post diluuium anno secundo est genitus, vixit annos CXXXV. Cainan verò vixit annos CXXXV; & genuit Sale. Sale autem vixit annos centum xxx, & genuit Heber. Heber quoque vixit annos CXXX, & genuit Falech. A confusione verò linguarum, & primatu Heber, à qua Hebræi, & vsque natiuitatem Abra, quando & primus rex in gente regnabat Assyriorum Ninus, anno regni sui XLII, superscripta familiarum serie, cur-

A 4

rentes



rentes fiunt anni quingenti quadraginta vnus. Sic Falech vixit annos CXXX, & genuit Ragan, Ragan vixit annos CXXXII, & genuit Saruch. Saruch autem vixit annos CXXX, & genuit Nachor. Nachor verò vixit annos LXXIX, & genuit Ibare. Thare quoque vixit annos LXX, & genuit Abram. Simul ergo ab Adam vsque ad natiuitatem Abrae, id est ab ortu mundi vsque quadragesimum secundum annum regis Assyriorum Nini, vt supra diximus, per familias capitaque eorum fiunt generationes viginti. Anni autem IIIMCCC VII. vnde iam relictis familiis, regum seriem prosequamur: & sicut Eusebius seu Hieronymus, primum Assyriorum, deinde Medorum, Persarumque, & Graecorum regnum percurrentes, ad Romam imperium quomodo delatum sit, vel quali tempore, latius, si dominus permiserit, exequamur.

Origo ergo regum regnorumque antiqua Assyria nobis amplexanda est; in qua pri-

mus

mus Ninus Beli filius, vrb̄s sui nominis fabricas Niniuen, regnavit annos XLII, vbi à primo anno ipsius Nini, & vsque in vltimum annum Thonos Concoloros, quem regem Sardanapalum appellant, quem occidit Arbaces Medorum prefectus, regnum illud transferens in Medos, regnatum est à regibus XXX & VI; per annos MCCXL; sic.

1. Ninus rex Assyriorum post natiuitatem Abrae, regnavit annos x.
2. Semiramis vxor Nini annos XLII, hanc dicunt quasi Babylonia conditricem, quamuis non legatur quia condidit, sed quia reparauit. Sub ea Abram adolefcit in Chaldea.
3. Zameis, qui & Ninias, filius Nini & Semiramidis annos XXXVIII. Cuius tricesimotertio anno facta est promissio ad Abraham, quum esset annorum LXXV.
4. Arius annos XXX, cuius decimo anno centenarius Abraham genuit filium Isaac.

A 5

5. Ara-

5. Aralius regnavit annos XL. huius in ultimo regni anno nascuntur gemini Isaac, id est Iacob & Esau.
6. Xerxes qui & Balus annos XXX. In huius regni tempore Iacob germanum fugiens Esau, descendit in Aegyptum solus, ditatusque cum turba ascendit.
7. Armanitres annos XXXVII. Iacob à servitute soceri Laban recedens, ad patrem reuertitur.
8. Belochus annos XXXI. hoc regnante Ioseph adolescens somnia sua fratribus & patri narravit.
9. Balus annos XLII. huius anno tricesimo Iacob penuria famis descendit in Aegyptum, ibique filium suum reperit propositum terrae totius Aegypti.
10. Altadas annos XXXII. hoc regnante Iacob defunctus in Aegypto; cuius cadaver Ioseph cum magno honore locat in terra Chanaan.
11. Mamintus annis XXX. sub istius regni tempore, moritur Ioseph, & Hebraeos

- braeos deprimunt Aegypti gravissima servitute.
12. Manchaleus annos XXX. & hoc regnante servitus durat in Aegypto Hebraeorum.
13. Sperus annos XXX. huius regni temporibus ultimis, Ambra ex tribu Levi genuit Moysen.
14. Mamilus triginta annis. & hoc regnante Moses adolescens omnem philosophiam didicit Aegyptiorum.
15. Sparetus annis XL; quo tempore Moyses occiso Aegypto in terram fugit Madiam.
16. Ascades annos XL huius regni anno octavo Moyses quadragesimo trigesimo anno repromissionis populum Hebraeorum in signis & virtutibus educit ex Aegypto, eisque in eremo per annos quadraginta legem exponit.
17. Amyntes XLV annis. huius nono anno moritur Moyses, & Iesses Naue ducatum populo praebet.
18. Belo-

18. Belothus annis XXV. sub quo Othoniel iudex Hebraeorum, populum & sacerdotium continet Finees.
19. Belebates annis XXX. quo tempore Hebraeorum iudex Aioth, Allophyliques infesti omnino Hebraeis.
20. Lamprides annis XXXVII. & in huius regno ipse perdurat Aioth.
21. Sosaes annis XX. & huius temporibus quamvis senex, tamen adhuc consistit Aioth, pugnatque cum alienigenis, & vicit adiutus à deo.
22. Lampares annos XXX. quo regnante Iudaeis praerat Debora.
23. Pannias annis XLV, sub cuius tempore praefuit Gedeon, qui & Ierobail.
24. Sosarnius annos XVIII, sub cuius tempore Thola & Abimelech iudices erant Hebraeorum.
25. Mithreus annis XXIX. sub quo Iudaeis praerat Jair.
26. Tantanes XXII. annis, cuius sub regno iudices Hebraeorum, Hesebon & Labdon.

- Labdon. Nam & ipso tempore Graci Troiam vastauerunt; unde Aeneas fugiens in Italiam venit, se quoque cum Latino Fanni filio, Pici nepote, Saturni abnepote, affinitatis gratia iungens, accepta filia eius in uxorem Lauinia. vntos Pbrigas, Italosque populos nominauere Latinos, & sic deinceps quamuis in pauperimo regno, locoque angusto, quod dicebatur Agrolaurentum, regnauerunt. Post Latinum Aeneas & successores eius, qui & Siluij Albanique vocati, pro Albana vrbe & pro postumo Aenea eiusdem Aenea, qui iccirco Siluius dictus est, quia Lauinia post mortem Aenea, timens Ascanij inuidiam, clam eum in silua generauit, Aeneamque Siluium nominauit. Ante quem, vt superius diximus, Italia regnatum est, à Iano, Saturno, Pico, Fauno atque Latino, per annos circiter CLXXX.
27. Teuteus annos XL, sub quo Samson ille ultra fortes fortissimus iudex Hebraeorum.
28. Timneus

28. *Tinneus annos xxx, hoc regnante anno decimo octavo, Heli sacerdos auditio nuncio de morte filiorum, arcaque testamenti ablata, cadens mortuus est.*
29. *Dercilius annos xl, sub quo aliquantum tempus, Saul rex Hebræorum, alius verò rex David ex tribu Juda constitutus regnavit.*
30. *Eupales xxxviii. annis hoc regnante anno tricesimo secundo, Salomon templum domini inchoavit, & perfecit singulare in mundo, per annos septem.*
31. *Laosthenes annos xlv, & hoc regnante Assyrius, Salomon regnat Hebræis, Sadoch verò & Achias Selonites prophetant.*
32. *Pritiades annis xxx. sub quo iam mortuo Salomone, inter Roboam & Ieroboam regnum dividitur Hebræorum, & alij Iudæi, alij dicuntur Israëlita.*
33. *Ofrathenes annis xx. sub isto in parte Iudæorum regnat Iosaphat, Israëlitarum verò celeri morte Nabad & Basa, Ela*

*Ela & Ambri obeuntibus, tenebat regimen Achas cum Hiesabel.*

34. *Ofrathenes annis l. sub quo Ioram, Ochozias, & Godolia, & Joas parti Iudææ regnabant; Israëlî verò Ochozias, Ioram, & Iehu, principatum unus post alium successerunt.*

35. *Acraiapas annis xlii. sub quo Amasias in Iuda regno ascitus obtinet principatum; Israëlî verò Joab, & Ioas, unus post alium regnat.*

36. *Thomos Concoloros, quem Græci Sardanapalum nominant, annis xx. sub quo Iudæorum Azarias, qui & Ozias, Israëlitas verò Roboam. Regnum verò Assyriorum, post numeros annorum mille ducentorum & quadraginta finem tantæ diuturnitatis accepit, ad Medosque translatum est. Nam Arbaces prefectus Medorum, Sardanapalo occiso regnum eius invasit, & in Medos deduxit.*

REGVM MEDORVM  
S E R I E S.

**A**RBACES Medorum rex annos  
XXVIII. sub quo regnat adhuc  
Azarias, qui & Ozias, Iudæ in parte. In  
Israël autem post Roboam paucis diebus  
fuerat Zacharias, rursusque Sellum, qui-  
bus successerat Manas.

2. Sofarimus annis xxx. In Iudæ parte  
regnabat Ioatham, Israëlitis Facee, quando  
& quintodecimo anno prima Olympias  
cepta est numerari. Tunc etenim post in-  
numerabiles, vt ita dicam, Laurenti loci,  
& Latij reges Siluios Albanos que, qui tre-  
centos per annos in parte Italia regnaue-  
runt, quamuis pauperrime, Amulius rex  
Numitoris fratris sui filiam Rheam nomi-  
ne, que & Ilia vocabatur, vestalem vir-  
ginem fecerat. Quæ graxida inuenta, dum  
scelus suum nititur excusare, à Marte se  
compressam mentita est. Ex qua genitus  
duobus, geminos rex expom præcepit.

Quos

Quos vagientes meretrix quadam, Lupa  
nomine, quum audisset, statim tollens ad  
Faustulum pastorem adduxit. Quos Accia  
uxor eius nutriens, inter alios pastores  
conuersari edocuit.

3. Madiclus annos XL. quo Medis re-  
gnante, Iudæis regnabat Achas, Israëlitis  
alius Facee. annoque Madicli nono, septi-  
ma Olympiade, Romulus eiusque germa-  
nus, quos inter pastores enutritos dixi-  
mus, collecta pastorum multitudine, Ro-  
mæ urbis ædificia inchoauerunt, suoque  
de nomine iunior, qui germanum pereme-  
rat, urbem vocari Romam præcepit. Cu-  
ius ætus, seriemque successorum eius saltu  
quodam prætergrediens, externa regna, vt  
cœpi, percurrat, vt quum se locus obtule-  
rit, ad eum ordinem redeat. tantum qui  
legis, aduerte, ab origine mundi, ad huius  
vsque magnæ urbis exortum annos fuisse  
IIIIIM. DCL.

4. Sardices annos XIII. sub quo Eze-  
chias filius Achas succedens regnat Iudæis.

B

Nam



Nam Israëlitarum gentes supradicti Madicli quintodecimo anno, à Salmanassar Chaldaeorum rege, Medorum sunt in montibus transfuducta captiua, postquam regnassent in Samaria annos CCL.

5. Deloces annos LIII. huius tempore primo Hebraeorum ex Iuda Manasses ductus captiuus, & ferreis vinculis illigatus, fertur poenitentiam egisse. Cuius & canticum poenitentiae legitur. Postea vero reuersus in regno suo, successorem reliquit filium suum Ammon.

6. Fraortes annos XXIII. sub quo Iosias rex Iudaeorum, qui lucos succidit, & gentium idola de suo regno abiecit; deumq. caeli integrè coluit.

7. Cyaxares annos XXXII. sub quo Iudaeis regnat Ioachim, cui successit Eielichim, qui & Ioachim, alterque & Ioachim primo adhuc Cyaxare viuente successit, in quo & finis regni euenit.

8. Astyages annos XXXII. huius anno octauo Iudaei de Hierosolymsa captiuantur à Nabu-

à Nabuchodonosor rege. Sic regnum Medorum, quod per annos CCLVIII. durauit, destructum est, & in Persas translatum, quia Cyrus rex Persarum, Darius Medorum, filius suprascripti Astyagis, parentela coniuncti, nepos auunculusque fuerunt: irruentesque super Balthasar abnepotem Nabuchodonosor, regem Babyloniae, id est Chaldaeorum, regnum eius peruadunt; mortuoque Dario, Cyrus & suum, id est Persarum, & affinis sui Darij, hoc est Medorum, cum illo quod captiuauerat, tertio regno obtinuit. Post is admodum gentem Persarum eleuauit. Quae gens à Cyro praedicto, & usque ad Darium filium Arsami, regnat per annos plus minus CCXXX. & sic ad Graecos deuenit, post reges XIII Persarum de gente.



REGNUM MEDORVM  
IN PERSAS TRANSLATVM.

**C**YRVS Persa annos XXXII. hic  
ferè quingenta milia Iudeorum la-  
xata captiuitate regredifecit in Iudeam:  
qui constructo altari, templi fundamenta  
iecerunt. Quumque à vicinis gentibus im-  
pediretur opus, vsque ad Darium reman-  
sit imperfectum.

2. Cambyses annos VIII. & sub isto opus  
impeditum à vicinis consistit, nec adificatur.
3. Magi duo fratres regnant mensibus  
VIII.
4. Darius annos XLVI. cuius secundo  
re adificatum est templum à Zorobabel &  
Iesu filio Josedech quingentesimo duodeci-  
mo anno post primam Salomonis adifica-  
tionem, ab Adam vero plus minus IIII-  
M D C C C C X X X.
5. Xerxes deinde filius Darij annis XX  
regnavit Persis, Medis, atque Chaldaei.
6. Artabanus mensis VII.

7. Arta-

7. Artaxerxes, qui Macrochir diceba-  
tur, annos XL.
8. Xerxes mensis duos.
9. Sogdianus mensis VII.
10. Darius cognomento Morkus annos  
XVIII.
11. Artaxerxes Mimmon Darij &  
Parisatidis filius annos XL. Ipse est ab  
Hebraeis qui dicitur Asuerus, sub quo liber  
Hester confectus est.
12. Artaxerxes qui & Ochus annos  
XXVI. Hic etenim Sidonem subuertit,  
Ægyptumque suo subegit imperio, Syriamque  
cunctam inuasit.
13. Arses filius Ochi annos IIII. Sub  
quo Iadus Maximus & insignis pontifex  
Iudeorum.
14. Darius filius Arsami annos VI.  
Hunc Alexander Magnus Macedo occidit,  
regnumque eius in suum redegit dominium,  
qui Alexandriam in suo nomine condidit,  
vbi regnatum est à regibus Græcorum per  
annos CCXCVI. sic.

REGVM GRÆCORVM  
S E R I E S.

- A**LEXANDER Magnus post mortem Darij annos VI.
2. Ptolemæus Lagi filius annos XI. Hic iterum gentem Hebræorum captivam ducit in Aegyptum.
3. Ptolemæus Philadelphus annos XXVIII. Hic captivitate Judæorum relaxata, muneribusque Eleazar pontifice Judæorum placato, divinas scripturas per septuaginta interpretes ex Hebræa lingua vertit in Græcam.
4. Ptolemæus Evergetes annos XXVI. Huius temporibus Iesus filius Syrach Sapientia librum scripsit.
5. Ptolemæus Rhilopator annos XVII. Sub hoc iudæi, & sexaginta milia eorum cæsa ab Antiocho rege Syria, quando Rex pontifex magnus Onias.
6. Ptolemæus Epiphanes annos XXIX. Hic directo Scopæ principe militie capit
- Iudæam.

- Iudæam; rursusque Scopæ superante, Iudæam sibi sociat in amicitiam Antiochus.
7. Ptolemæus Philometor annos XXV. Sub hoc rege Aristobulus inde Peripateticus philosophus scripsit commentarios in libros Moysi, & regi obtulit Ptolemæo. Antiochus agens contra legem Iudæorum multos interemit. Contra quem Iudas, qui & Machabæus, arma commovit.
8. Ptolemæus Evergetes annos XXVIII. Hoc regnante Ionatas dux Iudæorum preclarus, qui cum Romanis & Spartiatis fœdus inivit.
9. Ptolemæus Pista, qui & Soter, annos XVII. sub hoc Aristobulus Ionathæ filius, rex pariter & pontifex constituit Iudæorum.
10. Ptolemæus qui & Alexander annos X. quo regnante multa Iudæorum populus tam ab Alexandrinis quam etiam ab Antiochenis tolerabat.
11. Ptolemæus qui à matre fuerat eiectus annos VIII. Iudæis tunc regnabat
- Amæus,

*Ameus, qui & Alexander.*

12. *Ptolemaeus Dionysius anno XXX. sub cuius regno Alexandra, quæ & Salina, uxor Alexandri regis Hebræorum, Hierosolymis regnat. Ex cuius atate Iudeos rerum confusio & varia clades oppresserunt.*

13. *Cleopatra annos XXII. qua regnante Iudæi in amicitiam Romanorum se sociantes, eorum iam legibus viuunt, quia Pompeius sublato regno ab Aristobulo, Hircanum fratrem eius præfecerat. Hanc siquidem Cleopatram Romanus ductor suscipiens Antonius, & suo socians lateri, contra ciues proprios dimicat. Quem Augustus Octavianus in certamine superans Adriatico in littore, egit, ut utrique iugales seipsos perimerent, regnumque eorum in Romanorum Imperium deuenit, ubi & usque hætenus, & usque in finem mundi secundum Danielis prophetiam, regni debetur successio. Et quidem abhinc Augustalis exoritur potestas, quod ani-*

mo

*mo recondendum est. Augustus Imperator, qui & Octavianus dicebatur, à quo posteri principes vocati sunt Augusti, tam ciues patrios rebelles, quàm etiam gentes externas superans, singularem sibi vindicat principatum, regnans per annos LXII. Huius quadragesimo secundo imperij, dominus noster Iesus Christus de sancta uirgine natus, ut verus deus, ita & verus homo, insignis & virtutibus admirandis enituit, anno ab origine mundi VMD. ab Urbis autem Romæ conditione anno DCCLV. Et quia Romanorum regum ordinem actusque inquirere statuisti, & nos breuiter tuis percontationibus respondere sumus polliciti, necessarium est ergo, nobis ea interim, quæ ad tempora Augusti Imperatoris dicuntur, omittere; & rursus ad Romane Urbis primordia repedare, originemque Romuli eius conditoris exponere, simulque successorum eius, regum consulumque annos actusque ad liquidum demonstrare. qui sunt hi.*

B 5

REGVM

REGVM ROMANORVM  
SERIES.

**A**B origine urbis Roma & usque Tarquinium regem cognomen-  
to Superbum, qui expulsus est, numeran-  
tur anni CCXLIII. Nam primus ille &  
urbis & imperij conditor Romulus, fuit  
à Marte (ut ipsorum verbis loquamur)  
genitus, & Rhea Silvia. hoc sese sacerdos  
gravidatam confessa est. Nec mox fama  
dubitavit quin Amulij regis imperio abie-  
ctus in aquam profluentem cum Remo  
fratre, non potuit extinguui. Siquidem &  
Tiberis amnem repressit, & relictis catulis  
lupa secuta vagitum, ubera admouit in-  
fantibus, matris que gessit officium. Sic re-  
peritos Faustulus regij gregis pastor tulit in  
casam, atque educavit. Alba tum erat La-  
tio caput, Iuli opus. Nam Lauinium patris  
Aeneae, contempserat. Abhinc Amulius  
iam septima soboles regnabat, fratre pulso  
Numitore, cuius ex filia natus erat Romu-  
lus.

lus. Igitur statim prima iuventa face pa-  
trium ab arce deturbat, auum reponit. Ip-  
se fluminis amator & montium, apud  
quos erat educatus, moenia noua urbis agi-  
tabat. Gemini erant, uter auspicaretur  
& regeret, adhibere placuit deos. Remus  
montem Auentinum, hic Palatinum occu-  
pat. Prius ille sex Vultures, hic postea  
duodecim vidit. Sic victor urbem augurio  
excitat; plenus spei bellatricem fore. id as-  
suet a sanguini & praedae aues polliceban-  
tur. Ad tutelam nouae urbis, sufficere val-  
lum videbatur: cuius dum angustias Re-  
mus increpat, saltu transliuit. dubium  
an iussu fratris, occisus est. Prima certè  
victima fuit, munitionemque urbis nouae  
sanguine suo consecrauit. Imaginem urbis  
magis, quam urbem fecerat. incole de-  
erant. Erat in proximo lucus. hunc asylum  
facit, & statim mira hominum vis. Lati-  
ni Ithysci que pastores, etiam transmarini  
Pbryges, qui sub Aenea, Arcades, qui sub  
Euandro duce confluxerant. Ita ex va-  
riis

uis quasi elementis congregauit corpus unum, populumque Romanum ipse fecit.

Erat uero unius aetatis populus. Virorum itaque matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabantur, manu capta sunt. simulatis quippe ludis equestribus, virgines quæ ad spectaculum venerant prædæ fuerunt. Hæc statim causa bellorum, pulsi fugatiq. Veientes. Cæminensium captum ac direptum est oppidum. Spolia insuper opima de rege Agrone Feretrio Ioui manibus reportauit. Sabinis prodita porta per virginem Tarpeiam, non dolo, sed puella pretium rei, quod gerebant in sinistris manibus, petierat; dubium clypeos, an armillas. Illi ut & fidem soluerent, & vlciscerentur, clypeis obruere. Ita admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso aditu fit pugna, adeo ut Romulus Fouem oraret, scædam ut suorum fugam sisteret. Hinc templum, & Stator Iupiter. Tandem funeribus interuenere raptæ, laceris comis: sic

sic pax facta cum Tatio, scædusque percussum. Secutaque res mira dictus, ut relictis sedibus suis, nouâ in urbem hostes migrarent, & cum generis suis auitas opes prodote sociarent. Auctis breui viribus, hunc rex sapientissimus statum Reipubl. imposuit. Inuentus diuisa per tribus, in equis & armis, ut ad subita bella excubaret, consilium Reipubl. penes senes esset, qui ex auctoritate patres, ab aetate senatus vocabantur. His ita ordinatis, repente cum sancionem haberet ante urbem, apud Capræ paludes, è conspectu ablatus est. Discerptum aliqui à senatu putant, ob asperius ingenium. Sed oborta tempestas, Solisque defectio, consecrationis speciem præbuere. Cui rei mox Iulius Proculus fidem fecit, visum à se Romulum affirmans augustiore forma, quàm fuisset: mandare præterea, ut se pro numine acciperent. Quirinum in cælo vocari: placitum diis, ut gentium Roma potiretur.

2. Successit Romulo Numa Pompilius, quem



quem Curibus Sabinis agentem vltro petiuerunt, ob inclytam viri religionem. Ille sacra, caeremonias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ille pontifices, augures, saluos, ceteraque sacerdotia: annumque in XII menses, fastos dies nefastosque descripsit. Ille ancilia atque paladium, secreta quaedam imperij pignora, Ianumque bifrontem, Fidem pacis ac belli, in primis focum Vestæ virginibus colendum dedit, ut ad simulachrum caelestium siderum, custos imperij flamma vigilaret. Hac omnia quasi monitu deæ Egeria, quo magis barbari acciperent. Eò denique ferocem populum redegit, ut quod vi & iniuria occuparat imperium, religione atque iustitia gubernaret.

3. Excepit Pompilium Numam Tullus Hostilius, cuius honori & virtuti regnum vltro datum. Hic omnem militarem disciplinam artemque bellandi instituit. Itaque mirum in modum exercitata iuuentute, prouocare ausus est Albanos, grauem & diu

diu principem populum. Sed quum pari robore frequentibus praeliis utriusque comminuerentur, misso in compendium bello, Horatius, Curatiusque, trigeminis hinc atque inde fratribus utriusque populi fata permissa sunt. Anceps & pulchra contentio, exitusque ipso mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam, singulosque pro ut sequi poterant, adortus exsuperat. Sic rarum decus aliis, vnius manu parsa victoria est, quam ille mox parricidio foedauit. Nam flentem spolia circa se sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat: hunc tam immaturum amorem virginis vltus est ferro, ut audiret leges, nefas: sed abstulit virtus parricidam, & facinus infra gloriam fuit. Nec diu in fide Albanus perstat. Nam Fidenates bello missi in auxilium ex foedere medij inter duos expectauere fortunam. Sed rex callidus vbi inclinare socios ad hostem videt, tollit



tollit animum quasi mandasset. spes inde Romanis, metus hostibus incussus. sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoste victo, ruptorem foederis Metium Sufferium religatum inter duos currus, pernicibus equis distrahit, Albamque ipsam, quamvis parentem, emulam tamen diruit, quum prius omnes opes urbis ipsamque populum Romam transtulisset: prorsus ut corsanguinea civitas non perisse sed in suum corpus redisse rursus videretur.

4. Ancus deinde Marcius nepos Pompilij ex filia, pari ingenio. Igitur & muro moenia amplexus est, & influentem urbi Tiberim ponte commisit, Ostiamque in ipso maris fluminisq. confinio posuit coloniam, iam tunc videlicet praesagiens animo futurum, ut totius mundi opes & compectus, illo velut maritimo Urbis hospitio reciperentur.

5. Tarquinius postea Priscus, quamvis transmarinae originis, regnum Ultrapetens

petens accepit, ob industriam atque elegantiam, quippe qui oriundus Corintho, Graecum ingenium Italicis artibus miscuisset. Hic & senatus maiestatem numero amplavit, & centuriis tribus auxit, quamvis Attius Navius numerum augeri prohiberet, vir summus augurio. Quem rex in experimentum rogavit, fieri ne posset, quod ipse mente conceperat. Ille rem expertus augurio, posse respondit. At qui hoc, inquit, agit abam, an cotem illam secare novacula possem? Et Augur, potes, inquit, & secuit. inde Romanis sacer auguratus. Neque pace Tarquinius, quam bello promptior. Duodecim namque Thuscia populos frequentibus armis subegit. Inde fasces, trabeae, curules, anuli, salerae, paludamenta, praetexta. Inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, toga picta, tunicaeque palmatae. Omnia demique decora & insignia, quibus imperij dignitas eminet, sumpta sunt.

6. Servius Tullius deinceps gubernacu-

la vrbis inuadit, nec obscuritas inhibuit, quamuis matre serua creatum. Nam eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat, & clarum fore visa circa caput flamma promiserat. Ergo inter Tarquinij mortem admittente regina substitutus in locum regis, quasi in tempus regnum dolo partum sic egit industrie, vt iure adeptus videretur. Ab hoc populus Rom. relatus in censum, digestus in classes, decuriis ac collegiis distributus, summaque regis solertia ita est ordinata respublica, vt omnia patrimoniij, dignitatis, etatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur, ac sic maxima ciuitas minima domus diligentia contineretur.

7. Postremus fuit omnium regum Tarquinius, cui cognomen Superbus ex moribus datum. Hic regnum autum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit, quam expectare; missisque in eum percussoribus, scelere partam potestatem non melius egit, quam adquisierat. Nec abhorrebat moribus

bus Tullia, quæ vt virum regem saluaret, supra cruentum patrem vecta carpeo; consternatos equos egit. Sed ipse in senatum cædibus, in plebem verberibus, in omnes superbia, quæ crudelitate grauior est bonis, grassatus, quum seuitiam domi fatigasset, tandem in hostes conuersus est. Sic valida Latij oppida capta sunt, Ardea, Oriculum, Gabij, Sueffa, Pometia. Tum quoque cruentus in suos. Neque enim filium verberare dubitauit, vt simulantis transfugam apud hostes hinc fides esset. Quo à Gabijs, vt voluerat, recepto, & per nuncios consulenti quid fieri vellet; eminentia fortè papauerum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos esse principes vellet intelligi, ea superbia sic respondit, vt senserat. Tamen de manubijs captarum vrbium templum erexit. Quod dum inauguraretur, cedentibus ceteris diis, mira res dictu, restitere Iuventas & Terminus. Placuit patribus contumacia minimum, siquidem firma omnia & eter-

na pollicebantur. Sed illud horrendius, quod molientibus adem, in fundamentis humanum caput repertum est. Nec dubitauerunt cuncti, monstrum pulcherrimam imperij sedem, caputque terrarum promittere. Tandem superbiam regis populus Rom. perpeffus est, donec aberat libido. Hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatissima femina Lucretiae stuprum intulisset, matrona dedecus ferro expiauit. imperium tum regibus abrogatum. Hac est prima etas populi Romani & quasi infantia, quam habuit sub regibus septem, per annos, vt diximus, CCXLIII, quadam fatorum industria tam variis ingenio, vt reipubl. ratio & vtilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius? Tali opus fuit, vt inuaderet regnum. Quid Numa religiosius? Ita res poposcit, vt ferox populus, deorum metu mitigaretur. Quid ille militia artifex Tuellus? bellatoribus viris quam necessarius, vt acueret ratione virtutem. Quid

aedificator

aedificator Ancus? vt urbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam verò ornamenta Tarquimij & insignia, quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Seruio census quid effecit, nisi vt ipsa se nosset Romana respublica? Postremò Superbi illius importuna dominatio nonnihil imò vel plurimum profuit. Sic enim effectum est, vt agitated iniuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur, mutataq. regali dominatione, ad consulum insulas se conferret, qui bini annis singulis, rempublicam gubernantes, sequenti anno ab aliis venientibus succedebantur, scientesq. se annis tantum singulis praesse in populo, erga alios agebant qualiter eos erga se acturos postea cupiebant. Qui ordo vsque ad Augustum Caesarem obtinuit priuilegium, per viros nongentos quindecim in annis CCCCLVIII. Nonem siquidem annis, sine consulibus, sed tantum sub tribunis plebis fuit, quatuor sine iudicibus.

## ADMINISTRATIO

REIP. PER CONSULES.

**P**OST exactos reges annum unum  
 quinque diebus, singulis diebus singu-  
 li senatorum Rempub. obtinuerunt, &  
 tunc duobus creatis consulibus, Bruto &  
 Collatino, in posterum vsque ad Pansam  
 & Hirtium seruaerunt per annos pra-  
 notatos. Et quia omnium consulum nomi-  
 na actusque conscribere, & mihi tedium,  
 & tibi, qui legis, fastidio fore praecau-  
 aliqua exinde prelibans, multa supersedi,  
 quod parè nonnullis iam usurpatum esse  
 breuiatumq. opus cognoui. Igitur primi  
 consulum Brutus & Callatinus, quibus  
 ultionè sui matrona mariens mandauerat,  
 populus Roman. ad vindicandum liberta-  
 tis ac pudicitiae decus quodam quasi instin-  
 ctus deorum concitatus, regem repente de-  
 stituit, bona diripit, agrum Marti suo con-  
 secrat, imperium in eisdem libertatis sua  
 vindices transfert, mutato tamen, ut di-  
 ximus,

DE REGN. SVCCCESS. 39  
 ximus, & iure, & nomine. Quippe ex  
 perpetuo annum placuit, ex singulari du-  
 plex; ne potestas solitudine vel mora cor-  
 rumperetur, consulesque appellauit pro re-  
 gibus, ut consilere ciuibus suis debere me-  
 minissent; tantumque libertatis noua gau-  
 dium inceserat, ut vix mutati status fi-  
 dem caperent, alterumque ex consulibus  
 Lucretia maritum, tantum ob nomen &  
 genus regium, fascibus abrogatis, vrbe di-  
 mitterent. Itaque substitutus Valerius  
 Poplicola, summo studio nisus est ad au-  
 gendam populi maiestatem. Nam & fa-  
 sces ei pro concione summisit, & ius pro-  
 uocationis aduersus ipsos dedit: & ne spe-  
 cies arcis offenderet, eminentes ades suas  
 in plana submisit. Brutus verò fauori ci-  
 uium etiam domus suae clade & parricidio  
 velificatus est. quippe quum studere de re-  
 uocandis in urbem regibus liberos suos  
 comperisset, protraxit in forum, & in con-  
 cione media virgis cecidit, securique per-  
 cussit, ut planè publicus parens, in locum  
 liberorum

liberorum adoptasse. sibi populum videretur. Liber iam hinc populus Rom. prima aduersus externos arma pro libertate corripuit, pro finibus mox, deinde pro sociis, tum gloria & imperio, laceffentibus assidue vsquequaque finitimis: quippe cum patrij soli gleba esset, sed statim hostile pomcerium, mediusque inter Latium atque Etruscos quasi in quodam bivio collocatus, omnibus portis in hostem incurreret, donec quasi contagione quadam per singulos itum est, & proximis quibusque correptis totam Italiam sub se redigeret. Nam Porfena rex Etruscorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinius manu reducebat. Hunc tamen, quamuis & armis, & fame urgeret, occupatoque Ianiculo, in ipsis vrbis faucibus incubaret, sustinuit, repulit, nouissimè etiam tanta admiratione percussit, vt superior vltro circa penè videtis amicitia fœdera feriret. Nam Mucius Scauola Romanorum fortissimus, regem per insidias in castris ipsius aggreditur. Sed vbi

frustratus

frustratus circa purpuratum eius illatus ictus, teneretur; ardentibus mox focis intulit manum, terroremque geminat dolo. En vt scias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti iurauimus. Cum interim, immane dictu, hic interritus; ille trepidaret, tanquam manus regis arderet. Sed ne sexus quidem muliebris altera laude cessaret, ecce & virginum virtus. vna ex obfidibus regi data, elapsa custodia Clælia per patrium flumen equitabat. Rex quidem tot tantisque virtutum territus monstis, valere liberosque esse iussit. Tarquinij tandem dimicauerunt, donec Aruntem filium regis manus sua Brutus occidit, superque ipsum vulnere mutuo exspirauit, planè quasi adulterum ad inferos vsque sequeretur. Nec secus Latini Amulio Tusculano duce apud Regilli lacum expugnantur, vincuntur, atque subiciuntur. Ocriculum atque Corniculum, Soraque & Alsum, eorum vrbes captæ, provinciæque effecta. de Verulis & de Bouillis pudet,



sed triumphauere Romani. Tibur nunc  
 suburbanum, & aestiua Praeneste deliciae,  
 nuncupatis in Capitolio votis petebantur:  
 idem tunc Fesula, quod Carræ nuper: idem  
 nemus Aricinum, quod Hercules saltus:  
 Fregella, quod Casarea: Tiberis quod Eu-  
 phrates. Coriolos quoque, pro pudor, in-  
 uictos adeo gloria fuisse, ut post captum  
 opidum Caius Marcius Coriolanus quasi  
 Numantia aut Africa nomini induceretur.  
 Extant & de Antis spolia, quæ memini-  
 mus in suggesto fori, capta hostium classe,  
 infixit: si tamen illa classis, nam sex fuere  
 rostrata. Sed hic numerus illis inius na-  
 uale bellum fuit. Peruicacissimi tamen La-  
 tinorum Aequi, & Volsci fuere, & quo-  
 tidiani (ut sic dixerim) hostes. Et hos  
 præcipuè Titus Quintius domuit, ille dicta-  
 tor ab aratro, qui obsessa & panè iam  
 capta Mallij consulis castra egregia victo-  
 ria recuperauit. Medium erat tempus for-  
 tè sementis, quum patricium virum inni-  
 xum aratro suo licetor in ipso opere depre-  
 hendit.

bendit. Inde in aciem profectus, ne quid à  
 rustici operis imitatione cessaret, victos  
 pecudum more sub iugum misit. Expedi-  
 tione finita, rediit ad boues rursus trium-  
 phalis agricola. Fides numinum, qua velo-  
 citate! intra quindecim dies ceptum per-  
 actumque bellum prorsus, ut festinasse  
 dictator ad relictum opus videretur. Pari  
 tempore Veientes, Falisci, & Fidenates,  
 tunc magno labore deuicti sunt. Qui modò  
 etsi fuerint, non videntur aliquod reli-  
 quisse vestigium. Laborat enim annalium  
 fides, ut Veios, Faliscos, Fidenates fuisse  
 credamus. Galli autem Senones, gens na-  
 tura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa  
 corporum mole, perinde armis ingentibus,  
 adeo Romano generi terribilis fuit, ut pla-  
 nè nata ad hominum interitum, urbium  
 stragem videretur. Hi quondam ab Ulti-  
 mis terrarum oris, & cingerent omnia  
 oceano, ingenti agmine prouecti, quum iam  
 media vastassent, positus inter Alpes &  
 Padum sedibus, ne his quidem contenti  
 per

per Italiam bacchabantur. Tunc Clusium  
 Tusciae urbem obsidebant, ubi pro sociis  
 & foederatis Romanus interuenit, missis  
 ex more legatis. Sed quod ius apud barba-  
 ros, ferocius agunt, & inde ad certamen  
 cum exercitu conuersi Galli, Clusio Ro-  
 mam. Quibus ad Alliam flumen cum ex-  
 exercitu Fabius consul occurrit. nõ Cremera  
 foedior clades. Itaque hunc diem fastis Ro-  
 ma damnauit. Eiuso exercitu, Galli iam mœ-  
 nibus Urbis appropinquabant, ubi penè  
 nulla erant praesidia. Tum igitur sic, ut  
 nunquam alias, apparuit illa vera Roma-  
 na virtus. Iam primum maiores natu, am-  
 plissimis uisi honoribus in foro coeunt. Ibi  
 deuouente pontifice, diis se manibus conse-  
 crant. Statimque in suas quisque ades re-  
 gressi sunt, sicut in trabecis erant, & am-  
 plissimo cultu, in curulibus sellis sese repo-  
 suerunt, ut quom uenisset hostis, in sua  
 quisq. dignitate moreretur. Pontifices au-  
 tem & flamines, quidquid religio sissimi in  
 templis erat partim in dolis refossa terra  
 recon-

reconderunt, partim imposita plaustris se-  
 cum Veios auferunt: uirgines ex sacerdo-  
 tio Vesta, nudo pede fugientia sacra comi-  
 tantur. Tamen excepisse fugientes vnus è  
 plebe fertur Albinus, qui depositis vxore  
 ac liberis, uirgines in plaustrum recepit.  
 adeo tunc quoque in ultimis religio publi-  
 ca priuatis affectibus antecellebat. Iuuen-  
 tus, quam satis constat vix mille homi-  
 num fuisse, duce Manlio, arcem Capitolini  
 montis insedit, obtestata ipsum quasi præ-  
 sentem Iouem, ut quemadmodum ipsi ad  
 defendendum templum eius occurrissent,  
 ita ille uirtutem illorum numine suo tue-  
 retur. Aderant interim Galli, apertamque  
 urbem adeunt. Ibi sedentes in curulibus  
 suos pretextatos senes, uelut deos genios-  
 que uenerati, mox eosdem postquam esse  
 homines liquebat, alioquin nihil responde-  
 re dignantes, pari uecordia maestant, fa-  
 cesque telis iniiciunt, & totam urbem  
 igni, ferro, manibus, solo exequant. Sex  
 mensibus barbari (quis crederet?) circa  
 montem

montem vnum pependerunt, nec diebus modò, sed noctibus quoque omnia experti, quum tamen Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, à summa rupe deiecit: & ut spem hostibus demeret, quanquam in summa fame, tamen ad speciem fiducia, panes ab arce iaculatus est: & stato die, per medias hostium custodias, Fabium pontificem ab arce dimisit, qui solenne sacrum in Quirinali monte conficeret: atque ille per media hostium tela incolumis religionis auxilio rediit, propitiosque deos renuntiavit. Nouissime quum iam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, subito aggressus à tergo Camillus cecidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleteret.

Igitur pastorum quorundam casa, vrbs enituit, & post seruatam à Manlio faciem, restitutamque à Camillo, acrius etiam vehementiusq. in finitimos surrexit. Nec tamen contenti Romani suis eos mœnibus expulisse,

expulisse, quum per Italiam naufragia sua latius traherent, sic persecuti sunt ductante Camillo, ut hodie nulla Senonum vestigia supersint. Semel apud Anienem trucidati, quum singulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit, vnde & Torquatus est dictus. Item in Pomptino agro, quum simili pugna Valerius insidente galeæ sacro alite adiutus retulit spolia, dictusque est ipse Corvinus. Necnon tandem post aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria, ad lacum Vadimonis Dolabella deleuit, ne quis exstaret ex ea gente qui incensam à se Romanam urbem gloriaretur. Conuersoque à Gallis Torquato, Latini experti sunt, & desiecti. Indeque Sabini, qui eorum belli socij ductante Tatio extitissent, à Curio Dentato subiecti, eorumque loca à Baranio fonte Adriatico tenus mari, igni ferroque vastata, tantaque Romano populo addita opes, ut nec ipse posset aestimare qui vicerat. Precibus deinde Campanie motus,

*tus* ; non pro se sed pro sociis Samnitas in-  
 uadit. Omnium nanque non modò Italia  
 tantum, sed penè toto orbe terrarum pul-  
 cherrima Campania plaga est. nihil mollius  
 cælo. denique bis floribus vernat. nihil  
 vberius solo. ideo Liberi Cererisque certa-  
 men dicitur. Nihil hospitalius mari. hic ille  
 nobilis portus Caieta, Misenus, tepentes  
 fontibus Baie, Lucrinus & Aueruus, que-  
 dam maris hostia. Hic amici vitibus mon-  
 tes, Gaurus, Falernus, Massicus, & pul-  
 cherrimus cunctorum Vesuius Aetnei  
 ignis imitator. Urbes ad mare, Formia;  
 Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum  
 Pompeij, & ipsa caput urbium Capua;  
 quondam inter tres maximas, Romam  
 Carthaginemque, numeranda. Pro hac  
 urbe, & his regionibus populus Roma-  
 nus Samnitas inuadit; gentem, si opulen-  
 tiam queras, aureis & argenteis armis,  
 & discolori veste, vsque ad ambitum ar-  
 matam: si fallaciam, saltibus ferè & mon-  
 tibus grassatam: si rabiem ac furorem, sa-  
 cris

DE REGN. SVCCES. 49  
 cris legibus humanis que hostiis in exitium  
 urbis agitatam: si pertinaciam, sexies  
 rupto fœdere, cladibusque animosiores.  
 Hos tamen quinquaginta annis per Fabios  
 ac Papiros patres, eorumque liberos, ita  
 subegit & domuit, ita ruinas ipsas ur-  
 bium diruit, ut hodie Samnium in ipso  
 Samnio requiratur, nec facile appareat ma-  
 teria quatuor & viginti triumphorum.  
 maximè tamen nota & illustris apud  
 Caudinas Furculas ex hac gente clades,  
 Veturio Posthumioque consulibus accepta  
 est. Clauso per insidias intra eum saltum  
 exercitu, vnde non posset euadere, stupens  
 tanta occasione dux hostium Pontius, He-  
 rennium patrem consuluit, num illos sub  
 iugum mitteret, an occideret. Sapienter, vt  
 senior, suaserat. Hic armis exutos mittere  
 sub iugum maluit, vt nec amici forent be-  
 neficio, & post flagitium hostes magis.  
 Itaque & consules statim magnificè vo-  
 luntaria deditioe turpitudinem fœderis  
 dirimunt, & vltionem flagitans miles,

Papirio duce, horribile dictu, strictis ensibus, per ipsam viam ante pugnam furit, & in congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit. Nec prius finis cadibus datus, quam iugum sibi promissum Romani & duci Samnitum & hostibus reposuerunt. Haëtenus cum singulis gentibus certatum est, mox certatum: sic tamen quoque par omnibus fuit. Etruscorum duodecim populi, Umbri in id tempus intacti, antiquissimus Italiae populus Samnitum, & reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. Erat terror ingens tot simul tantorumque populorum. late per Etruriã infesta quatuor agminum signa volitabant. Ciminius interim saltus in medio, ante inuius planè, quasi Calydonius vel Hercinius, adeo terrori erat, ut senatus consuli denunciaret, ne tantum periculi ingrederetur. Sed nihil horù terruit ducem, quin fratre praemisso exploraret accessus. Ille per noctem pastorali habitu speculatus omnia, refert totum iter. Sic Fabius

DE REGN. SVCC. 51  
bius Maximus periculosissimum bellum sine periculo explicuit. Nam subito inconditos atque palantes aggressus est, captisque superioribus iugis, in subiectos suae iure detonuit. Ea nanque species illius fuit belli, quasi in terrigenas e caelo ac nubibus tela iacerentur. Nec tamen incruenta illa victoria. nam oppressus in sinu wallis alter consulum Decius, more patrio deuotum diuis manibus obtulit caput, solennemque familiae suae consecrationem in victoriae pretium redegit.

Necdum Etrusco bello exempto, mox sequitur Tarentinum, unum quidem in nomine, sed multiplex in victoriis. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & caput belli Tarentinos, id est totam partem Italiae, & cum his omnibus Pyrrhum regem Epirotarum, Gracia regem, una velut ruina pariter inuoluit, ut eodem tempore & Italiae consummaret, & transmarinos triumphus auspicaretur.

Tarentus Lacedaemoniorum opus, Ca-



labrie quondam, & Apulia, totiusq. Lucaniae caput, cum magnitudine, & muris, portuque nobilis; tum mirabili situ; quippe in ipsis Adriæ maris faucibus posita in omnes terras, Histriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam, vela dimittit. Imminet portui ad prospectum maris positum theatrum, quod quidem causa miserae ciuitati caput fuit omnium calamitatum. Ludos fortè celebrabant, cum adremigantem litori Romanam classem vident, atque hostem rati, emicant sine discrimine & insultant. Qui enim? aut unde Romani? Nec satis. Aderat sine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque scèdè per obscenam turpemque dictu contumeliam violant. & hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque uehementior Pyrrhus, qui semigracam ex Lacedæmonius conditoribus ciuitatem vindicaturus, cum totis viribus Epiri, Thessalie, Macedoniae, incognitisque in id tem-

pus

pus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito insuper ferarum terrore ueniebat. Apud Heracleam & Campaniæ fluiuium Lirim, Leuino consule prima pugna facta est, quæ tam atrox fuit, ut Ferentane turmæ præfectus Obsidius inuentus in regem turbauerit, coegeritque proiectis insignibus prælio excedere. Actum erat, nisi elephanti conuerso in spectacula procurrissent bello. Quorum cum magnitudine, tum deformitate, & nouo odore simul ac stridore consternati equi, cum incognitas sibi belluas amplius quàm erant suspicarentur, fugam stragemque late dederunt. In Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est, Curio Fabricioque consulibus. Iam quippe terror beluarum exoleuerat, & Gaius Minutius quartæ legionis hastatus unius proboscide abscisa, mori posse belluas ostenderat. Itaque & in ipsas pila congesta sunt, & in turres vibratæ faces, tota hostium agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec alius fi-

D 3

nis

ma cladi erat, quam nox dirimeret, postremusque fugientium rex ipse a satellitibus saucius in armis suis referretur. Lucania suprema pugna sub Arusinis, quos vocant, campis, duobus isdem, quibus superius, sed cum tanta victoria exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. Nam proquebis in primam aciem rursus elephantis, unum ex illis pullum adacti in caput teli, grauis ictus auertit. Qui quum per stragem suorum recurrens stridore quere-retur, mater agnouit, seque, quasi vindicare vellet, exhibuit, quum omnia circa quasi hostilia graui mole permiscuit: ac sic eadem sera, que primam victoriam ab-sulerunt, secundam parem fecerunt, ter-tiam sine controuersa tradiderunt. Nec spero tantum armis, & in campis, sed consiliis & domi quoque intra urbem cum rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primam victoriam, intelleda Romana virtute, statim desperauit armis, seque ad dolos contulit. nam interemptos cremauit,

uis

E C

captiuos-

captiuosque indulgentius habuit, & sine precio restituit, missisque legatis in urbem omni modo amissus est, ut facto sedere in amicitiam reciperetur. Sed & bello, & pace, & foris, & domi omnem in partem Romana virtus tunc se approbauit. Nec alia magis quam Tarentina victoria ostendit populi Romani sortitudinem, senatus sapientiam, ducum magnanimitatem. Nec alius pulchrior in urbem aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem, nihil prater pecora Volscorum, greges Sabino-rum, carpenta Gallorum, fracta Samni-tum arma vidisses. Tum autem, si captiuos aspiceres, Molossi, Thessali, Macedo-nes, Brutius, Apulus, atque Lucanus: si pompam, aurum, purpura, signa, tabula, Tarentinaeque lauiticia. Sed nihil libentius populus Romanus aspexit, quam illas quas timuerat cum turribus suis belluas, que non sine sensu captiuitatis submissis cervicibus victores sequebantur. Post Tarentinam cladem, domiti Picentes, &

D 4

caput

caput gentis *Asculum*, à *Sempronio* duce, qui tremente inter prælium campo, *Tellurem* deam promissa æde placavit. *Salentini* verò *Picentibus* additi, caputq. his regionibus *Brundisium*, cum inçlyto portu, *M. Atilio* duce; & in hoc certamine victoria pretium templum sibi *pastoria Pales* ultro poposcit. *Postremi Italicorum* in fidei munere *Vulsini* opulentissimi *Etruscorum* implorantes operam, aduersus vos quondam suos, qui libertatem à dominis datam in ipsos erexerant, translataque in se republ. dominabantur. Sed hi quoque duce *Fabio Gurgite* pœnas dederunt.

*Domita* subactaque *Italia*, *populus Rom.* *Appio Claudio* consule primum fretum ingressus est, fabulosis famæ monstris, æstuque violentum. Sed adeo non est exterritus, ut ipsam illam ruentis æstus violentiam pro munere amplecteretur, quòd velocitas nauium iuuaretur, statimque ac sine mora *Hieronem Syracusanum* tanta celeritate deuicit, ut ille

DE REGN. SVCCCESS. 57  
ille ipse prius se victum, quàm hostem videret, fateretur.

*Duellio Cornelio*que consulibus etiam mari congregi ausus est. Tum quidem ipsa velocitas classis comparatæ, victoria auspicium fuit. Intra enim sexagesimum diem quàm casa fuerat, centum sexaginta nauium classis in ancoris stetit; ut non arte facta, sed quodam munere deorum conuersæ in naues atque mutatae arbores viderentur. Prælij verò forma mirabilis, quum illas celeres volucresque hostium naues, hæ graues tardaque comprehendere. Longè plus illis nauticæ artis, detorque remos, & ludificari fuga rostra. Iniectæ enim ferrea manus, machinæque valida, ante certamen multùm ab hoste derisa, coactique hostes quasi in solido decernere. Victor ergo apud *Liparam* mersa aut fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum. Cuius quoddam gaudium fuit, quum *Duellius* imperator non contentus vnius diei triumpho, per

*vitam omnem, vbi à cœna rediret, prælu-  
 cere funalia, & præcinere sibi tibias ius-  
 sit, quasi quotidie triumpharet. Præ tanta  
 victoria leue huius prælij damnum fuit,  
 alter consilium interceptus Asina Corne-  
 lius, qui simulato colloquio euocatus, atque  
 ita oppressus fuit, perfidia Punica docu-  
 mentum. Calatino dictatore fere omnia  
 præsidia Pænorum Agrigento, Drepanis,  
 Panormo, Eryce, Lilybeoque detraxit.  
 Trepidatum est semel, circa Camerinen-  
 sium saltum. Sed eximia virtute Calpurnij  
 tribuni militum periculo euasimus. Qui le-  
 gta trecentorum militum manus, in se ipsum  
 ab hostibus tumultum occupauit, adeoque  
 moratur hostes, dum exercitus omnis eua-  
 deret: ac sic pulcherrimo exitu, Thermopy-  
 larum & Leonide famam adæquauit.  
 Hoc illustrior noster, quod expeditioni  
 tantæ superfuit, & nihil inscripserit san-  
 guine. Lucio Cornelio Scipione, quum iam  
 Sicilia suburbana esset populi Rom. pro-  
 uincia, serpente latius bello Sardinia ad-  
 nexa*

*nexa atque Corsica, transit Olbiam. ibi  
 Carale urbis excidio incolas terruit,  
 adeoque omni terra & mari Pænos fuga-  
 uit, ut iam victoria nihil nisi Africa ipsa  
 restaret. Marco Attilio Regulo duce, iam  
 in Africam nauigabat bellum. Nec desue-  
 rant, qui in ipso Punici maris nomine ac  
 terrore deficerent: insuper augente Man-  
 lio tribuno metum, in quem, nisi paruis-  
 set, securi districta irruisset imperator,  
 metus mortis nauigandi fecit audaciam,  
 mox deinde ventis remisque properatum  
 est, tantusque terror hostici aduentus fuit  
 Pænis, ut apertis penè portis Carthago  
 caperetur. Prima præmium belli fuit ciui-  
 tas Clypea. Prima enim à Punico littore,  
 quasi arx & specula procurrit. & hac,  
 & trecenta amplius castella vastata sunt.  
 Nec cum hominibus modo, sed cum mon-  
 stris quoque dimicatum est, quum quasi in  
 vindictam Africa nata miræ magnitudi-  
 nis serpens posita apud Bragadam castra  
 vexauerit. Sed omnium victor Regulus,  
 quum*

quum terrorem nominis sui latè circumtulisset, quumque magnam vim iuuentutis ducesque ipsos aut cepisset aut haberet in vinculis, classemque ingenti præda onustam & triumpho grauem in urbem præmisset; iam ipsam belli caput Carthaginem vrgebat obsidione, ipsisque portis mherebat. Hic paululum circumacta fortuna est tantū, ut plura essent Rom. virtutis insignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuersis ad externa auxilia hostibus, quum Xanthippum illis ducem Lacedæmon misisset, à viro militiæ peritissimo Regulus victus est, fœdæque clades, Romanisque vsu incognita. nam viuus in manus hostium venit fortissimus imperator. Sed ille quidem par tanta calamitati fuit. nam nec Punico carcere infractus est, nec legatione suscepta. quippe diuersa quam hostis mandauerat censuit, ne pax fieret, nec commutatio captiuorum reciperetur. Sed nec illa voluntario ad hostes suos reditu, nec vltimo siue carcere,

cere, seu crucis supplicio deformata maiestas. In omnib. admirabilior, quid aliud quam victor de victoribus? Ad quæ etiam Carthago non cesserat, de fortuna triumphauit. Populus autem Roman. multo acrior intentiorque pro vltione Reguli, quam pro victoria fuit.

Metello igitur consule conspirantibus arctius Pænis, & reuerso in Siciliam bello, apud Panormum sic hostes cecidit Rom. exercitus, ne amplius eam insulam aggredi cogitarent. Argumentum ingens victoriae centum circiter elephantorum captiuitas. Sic quoque magnas egit prædas, ut gregem illum, non bello, sed venatione cepisset. Appius Claudius consul non ab hostibus sed à diis ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat; ibi statim classe demersa, vbi ille præcipitari pullos iusserat, quod pugnare ab his vetaretur. Marcus Fabius Buteo classem iamiam in Africo mari apud Egimurum ostium in Italiam vltro nauigantem cecidit. Quantus tum triumph-



triumphus tempestate intercidit cum opulenta præda? Classis aduersis ætæ ventis, naufragio suo Africam & Syrtes, omnium imperia gentium, insularumque litora impleuit. Magna clades fuit, sed non sine aliqua principis populi dignitate interceptam tempestate victoriam, & triumphum perisse naufragio constat. Et tamen cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis insularumque fluitarent, populus Rom. & sic triumphauit. Lutacio Catulo consule tandem bello finem impositum apud insulas, quibus nomen Egates. Nec maior aliâs in mari pugna quippe comæatibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis classis, & in ea quasi tota Carthago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, leuis, & expedita, & quodam genere castrensis, ad similitudinem pugnae equestri, sic remis agebatur quasi habentis, & in hos vel illos ietus mobilia rostra, speciem uiuentium præferebant. Itaque momento temporis lacerata hostium rates, totum

inter

inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta demique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium mœnibus non quaereretur. Superuacuum visum est in arcem murosque seuire; quum iam in mari esset deleta Carthago.

Peracto quidem bello Punico, nec dum aliquantulum respirato, sequitur Liguricum. Nam Ligures hi, inis Alpium iugis adherentes, inter Varum Macrumque amnem impliciti, dumis siluestribus vitabant; quos penè maius fuit inuenire; quàm vincere. Tuti si quiaem locis & fuga, durum atque velox genus, ex occasione latrocinia magis quàm bella faciebant. Itaque quum diu multumque eluderent saltu, viis, latebris, Deceates, Oxybij, Euburiates, Iuganni, tandem Fuluius latebras eorum igni sepsit, Bebius vero in plana deduxit, Postumius ita exarmauit, ut vix reliquerit ferrum quo terra coleretur. Post quos mox Galli. Insubribus & his alpium incolis, animi ferarum, cor-

pora

pora plusquam humana erant. Sed experimentum deprehensum est. quippe virtus eorum sicut primo impetu maior quam virorum est; ita sequens minor, quam feminarum. Alpina corpora humente celo educata, habent quoddam simile niibus suis. Cum mox caluere pugna, statim in sudorem eunt, & leui motu quasi sole laxantur. Hi sæpè & aliàs, & Britomaro duce non prius posituros se balthæa quam Capitolium ascendissent iurauerant. Factum autem est, & victos eos Amilius in Capitolio discinxit. Et quod dux eorum de Romano milite prædam Marti suo torquem aureum deuouisset, interceptit Iuppiter votum, & de eius ipsius Ariouistinis aliorumque Gallorum torquibus aureum trophæum Ioui erexit Flaminius. Rex quoque eorum Viridomarus Romana arma Vulcano promiserat. Aliorsum vota ceciderunt. Occiso enim eo, Marcellus tertia post patrem Romulum Feretrio Ioui arma suspendit. Illyrici autem, id est,

Veneti

Veneti seu Liburni sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam Titiumque flumen longissimè per totum Adriatici maris litus effusi. Hi regnante Teutana muliere populationibus non contenti, licentie scelus addiderunt. legatos Romanos ob ea que deliquerant iure agentes ne gladio quidem sed ut victimas securi percussissent. Præfectos nauium igni comburunt. Idque quo indignius foret, mulier imperauit. Itaque Gneo Fulvio Centimalo duce latè domatur, strictæ secures in principum colla legatorum manibus litauere. Post primum autem Punicum bellum, vix quadriennium requies: ecce alterum bellum, minus quidem spacio, (nec enim amplius decem nouem annos tenens) sed adeo claudum atrocitate terribilius, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus ille qui vicit. Trebat nobilem populum mare ablatum, raptæ insule, dare tributa, que iubere consueuerat. Hinc Utionem puer Hannibal ad aram

patris iurauerat, nec morabatur. Igitur Saguntius in causam belli deleta est, vetus Hispaniae ciuitas, & opulenta; fidei erga Romanos magnum quidem sed triste monumentum. Quam in libertatem communi foedere exceptam, Hannibal causas nouorum motuum quarens, & suis & suorum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto foedere aperiret. Summa foederum Romanis religio est. Itaque ad auditam socii ciuitatis obsidionem, memores icti quoque foederis cum Pœnis, non statim ad arma procurruunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim iam nouem mensibus fessi fame, machinis, ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, dum desuper se suosque cum omnibus opibus suis ferro & igni corrumpunt. Huius tantæ cladis autor Hannibal poscitur. Tergiuersantibus Pœnis, dux legationis; *Quæ, inquit, mora est, Fabius.* In hoc sinu bellum pacemque porto, utrum eligitis? *Succlamantibus bellum; Bellum ergo,*

ergo, inquit, accipite. Et excusso in media curia togæ gremio, non sine horrore, quasi pleno sinu bellum ferret, effudit. similis exitus belli initus fuit. Nam quasi has inferias sibi Saguntinorum vltimæ diræ in illo publico parricidio incendioque mandassent: ita manibus eorum vastatione Italiae, captiuitate Africae, ducum & regum qui id bellum gesserunt exitio parentatum est. Igitur simul se in Hispaniam mouit illa grauis & luctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumque Romanis iam diu fulmen Saguntino igne conflauit; statim quodam impetu rapta medias fregit Alpes, & in Italiam ab illis fabulose altitudinis niuibus velut cælo missa descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum valido statim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fusus exercitus, saucius etiam ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem pretextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset. Hic erit Scipio, qui in ex-

itium Africa crescit, nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trebia succedit. hic secunda Punici belli procella defauit, Sempronio consule. Tum callidissimi hostes, frigidum & niualem diem nacti, quum se ignibus prius oleoque fouissent (horribile dictu) homines à meridie & sole venientes, nostra nos hieme vicerunt. Thrasimene lacus tertium fulmen Hannibalis, imperatore Flamino. Ars noua Punice fraudis: quippe nebula lacus, palustribusque virgultis tectus equitatus, terga subito inuasit pugnantium. Nec de diis possumus queri. imminetentem temerario duci cladem prædixerant insidentia signis examina, & aquila prodire nolentes: commissamque aciem secutus terra tremor, nisi illum horrorem soli equitum virorumque discursus, & mota vehementius arma fecerunt. Quartum, id est pænè vltimum vulnus imperij, Cannæ ignobilis Apulia vicus, sed magnitudine cladis emerfit, & quadraginta millium cade patrata nobilitata.

Simul

Simul in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cælum, dies, tota rerum natura consensit. Siquidem non contentus simulatis transfugis Hannibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt; insuper callidus imperator, in patentibus campis, obseruato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & plurimus puluis, & Euræ ab oriente semper; quasi ad constitutum ita instruxit aciem, ut Romanis aduersus hæc omnia obuersis, quasi secum cælum tenens, vento, puluere, & sole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus casi ad hostium satietatem, donec Hannibal diceret militi suo, Parce ferro. Ducum alter fugit, alter occisus est, dubium vter maiore animo. Paulum puduit, Varro non desperauit. Documenta cladis, cruentus aliquandiu Ausidus: pons de cadaueribus iussu ducis factus, in torrente Vergello: modij duo anulorum missi Carthaginem, dignitatisque equestris taxata mensura. dubium deinde non erat, quin vltimum

E 3

mum

mum illum diem habitura fuerit Roma,  
 quintumque intra diem epulari Hannibal  
 in Capitolio potuerit (sic Pœnum illum di-  
 xisse Maharbalem Hamilcari ferunt) si  
 Hannibal, quemadmodum sciret vincere,  
 sic uti victoria scisset. Sed tum quidem  
 illum, ut vulgo dici solet, aut fatum vrbis  
 imperaturæ, aut ipsius mens mala, &  
 auersi à Carthagine dii in diuersum abstu-  
 lerunt. Et cum victoria posset uti, frui  
 noluit, relictaque Roma, Campaniam Ta-  
 rentumque perrexit, ubi mox & ipse, &  
 ipsius exercitus ardor elanguit; adeo ut  
 verè dictum sit, Capuam Hannibali Can-  
 nas fuisse. Siquidem inuidium Alpibus,  
 indomitumque armis Campaniæ (quis cre-  
 deret.) soles, & tepentes fontibus Baie  
 subegerunt. Permissum est interim Ro-  
 manis respirare, & quasi ab inferis emer-  
 gere. arma non erant, detracta sunt tem-  
 plis: deerat iuuentus, in sacramentum libe-  
 rata seruitia: egebat ærarium, opes suas se-  
 natus in medium libens protulit: necnon  
 pariter

DE REGN. SVCCCESS. 71  
 pariter quod in bullis cingulisq. & annulis  
 erat, nec quicquam sibi auri reliquerunt.  
 Eques secutus exempli, imitatusq. equitem  
 tribus. Denique vix suffecerunt tabulae,  
 vix scribarum manus, Leuino Marcello-  
 que consulibus, quorum priuatorum opes in  
 publicum referrentur. Quid autem in eli-  
 gendis magistratibus, quæ centuriarum  
 sapientia, cum iuniores à senioribus consi-  
 lium de creandis consulibus petierunt?  
 Quippe aduersus hostem toties victorem,  
 tam callidum, non virtute tantum sed suis  
 etiam pugnare consiliis oportebat. Prima  
 redeuntis, & ut ita dixerim, reuiuifcentis  
 imperij spes Fabius fuit, qui nouam de  
 Hannibale victoriam commentus est, non  
 pugnare. Hinc illi cognomen nouum &  
 reipublicæ salutare, Cunctator: hinc illud  
 ex populo, ut imperij Scutum vocaretur.  
 Itaque per Samnium totum, per Falernos,  
 Gauranosque saltus sic maceravit Hami-  
 balem, ut quia frangi virtute non poterat,  
 mora comminueretur. Inde Claudio Mar-



cello duce, etiam congregari ausus est; cominus venit & pepulit à Campania sua, & ab obsidione Nolæ urbis excussit. Ausus est & Sempronio Graccho duce per Lucaniam sequi, & terga premere cedentis; quamuis cum, ô pudor, seruili pugnaret exercitu (nam hucusque tot mala compulerunt) sed libertate donatos, de seruitute Romanos fecerunt. ô horribilem in tot aduersis fiduciam, ô singularem animum & spiritum populi Romani. tam arctis afflictisque rebus, ut de tota Italia dubitare debuisset, ausus tamen est in diuersa respicere; quumque hostis in iugulo per Campaniam & Apuliam volitaret, mediamque de Italia Africam faceret, eodem tempore & hanc sustinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hispaniamque diuisa per terrarum orbem arma mittebat. Siciliam mandat Marcello. nec diu, restituit. tota enim insula in una urbe superata est. Grande illud, & ante id tempus inuictum caput Syracusa, quamuis Archimedis ingenio

ingenio defenderetur, aliquando cesserunt. longè illi triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuse; nisi quòd hætenus profuere, ut pulchritudini victæ urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, Insanorumque (nam sic vocantur) immanitas montium profuere. Semitum in urbes, urbemque urbium Caralim, ut gens contumax vilisque mortis, saltem desiderio patrij soli domaretur. In Hispaniam verò missi Gnaeus & Publius Scipiones, penè totam Pœnis eripuerunt prouinciam. Sed insidentes Punice fraudis insidie, alterum ferro castramentantem, alterum, quum euasisset in turrim, circumfactibus oppresserunt. Igitur in vltionem patrij & patrii missus est cum exercitu Scipio, cui iam grande nomen de Africa fata decreuerant. Bellatricem illam viris, armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam iam Hannibalis eruditricem, incredibile di-

Et, totam à Pyrenæis montibus, in Herculis columnas, in Oceanum recuperavit. Eodem quidem die quo obsessa est Carthago capta est, nescio citius an felicius; quàm facile, vel una probat; omenque Africane victoriae fuit quod tam facile victa est Hispaniæ Carthago. Certum est tamen, ad profugandam provinciam maximè proficisse ducis sanctitatem; quippe qui captivos pueros puellasque præcipuè pulchritudinis barbaris restituerit, ne in conspectû suum quidem passus adduci, ne quid de Virginitatis integritate deliberasse saltem oculis videretur. Hæc in diuersa terrarum populis Romanis, nec ideo tamen visceribus Italiæ inhaerentem submouere poterat Hannibalem. Pleraque ad hostem defecerant, & dux acerrimus contra Romanos Italici quoque viribus utebatur. Jam tamen eum plerisque opidis & regionibus excussere Romani. Iam Tarentum tulerant, iam & Capua sedes, domus, & patria altera Hannibalis tenebatur; cuius amissio tantum

tantum Pæno duci dolorem dedit, ut de inde totis viribus Romam conuerteretur. O populum dignum orbis imperio, dignumque omnium favore & admiratione hominum ac deorum! compulsus ad ultimos metus ab incepto non desistit, & sua de urbe sollicitus, Capuam tamen non dimisit, sed parte exercitus sub Appio consule relicta, parte Flaccum in urbem secuta, absens simul præsensque pugnabat.

Quid ergo miramur, mouenti castra à tertio lapide Hannibali iterum ipsos deos restitisse? Tanta enim ad singulos illius motus, suis imbrium copia effusa est, tantorum ventorum violentia coorta est; ut diuinitus hostem submoueri, non à cælo, sed ab urbis ipsius mœnibus & Capitolio videretur. Itaque fugit & cessit, & in ultimum se Italiæ recepit sinum, quum urbem tantum non adortam reliquisset. Si quidem ab Hispania Hædrabal frater Hannibalis cum exercitu nouo, nouis viribus, noua belli mole veniebat. actum esset procul-

proculdubio, si vir ille cum fratre se iunxisset. Sed hunc quoque tantum quod ab Alpe descenderat, apudque Metaurum castrametantem Claudius Nero cum Lino Salinatore debellat. Nero in ultimos Italiae angulos submouerat Hannibalem. Linius in diuersissimam partem, id est, in ipsas nascentes Italiae fauces signa conuerterat. Tanto, id est, omni qua longissima est Italia solo interiacente, quo consilio, qua celeritate consules castra coniunxerunt, inopinatumque hostem collatis signis oppresserint, neque id fieri Hannibal senserit, difficile dictus est. Certè Hannibal re cognita, quum proiectum fratris caput ad sua castra uidisset; Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginius. Hac fuit illius viri non sine praesagio quodam fati imminentis prima confessio. Iam certum erat Hannibalem etiam ipsius confessione posse vinci; sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus Romanus magni aestimabat, asperri- mum hostem in sua Africa debellare. Du-  
ce igitur

ce igitur Scipione in ipsam Africam tota mole conuersus, imitari coepit Hannibalem. Et Italiae suae clades in Africa vindicare. Quas ille, dii boni, Hasdrubalis copias fudit! quas Syphacis Numidici regis equitatus! quae quantaque utriusque hostis castra facibus illatis una nocte deleuit! denique iam non à tertio lapide, sed ipsas Carthaginius portas obsidione quatiebat: sic factum, ut inhaerentem atque incubantem Italiae extorqueret Hannibalem. Non fuit maior sub imperio Romano dies quam ille, quum duo omnium et antea et postea ducum maximi duces, ille Italiae hic Hispaniae victor, collatis cominus signis direxere aciem. Sed et colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. steterunt diu mutua admiratione defixi: ubi uerò de pace non conuenit, signa cecinere. Constat utriusque confessione, nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari. Hoc Scipio de Hannibalis, Hannibal de Scipionis exercitu predicauerunt. Sed ta-  
men

men Hannibal cessit, premiumque victoriae Africa fuit, & secutus Africam statim terrarum orbis. Post Africam iam vinci neminem puduit, sed aequo iure ubique subacti. Primum igitur Leuino consule Populus Romanus Ionium mare ingressus, tota Graeciae litora velut triumphante classe peragravit. Spolia quippe Siciliae, Sardiniae, Africae praeferebat, & manifestam victoriam, quam nata in praetoria puppi laurus pollicebatur. Aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant & Rhodij, nauticus populus, quibus à mari consul, à terris omnia equis virisque quatiebat. Bis victus, bis fugatus rex Macedonum, bis exutus castris, quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnere aspectu, quae non spiculis, nec sagittis, nec ullo Graculo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladii ultra morem patebant. Enimvero Flamini duce, ad inuios antea populo Romano Chaonum montes, Saurumque am-

nem

nem per abrupta vadentem, & ad ipsa Macedonia claustra penetratum victoria fuit. Nam postea nunquam ausus congreddi rex, ad tumulos, quos Cynocephalos vocant, uno ac ne eo quidem in iusto praelio opprimitur. In Numidia tunc amici Populi Romani regnabant. Sed Iugurtha contra se bellum mouit Romanorum, propter necem Adherbalis & Hiempsalis Micipsae liberorum; expugnataque est primum à Metello consule, dehinc à Mario Numidia domita. Mauritaniam verò Bochoris tuebatur. Sed quum collectio omnium Maurorum facta est, Iubas rex videns quae pugnae fuisset offensio, mox superatum sese sensit. veneno hausto defecit, omnisque Mauritania Romanis subacta. Tripolis nanque, & utraque Mauritania, Sitisensis, & Casariensis, similiter Romano iuri, ceterorum formidine tacta, ultro se subegerunt. Hispanias quamuis, ut superius diximus, Saguntina clades ab amicitia Romanorum segregasset, Scipio tamen eos

tam

tam gratia quam virtute rursus conuincit Romanis, rursusque resistentes Sylla consul sedauit. Celtiberos similiter cum Numantinis aduersus Romanos insurgentes, Scipio iunior sedauit, compescuit, atque penè subuertit. Cantabri & Astures confisi montium suorum munimine, dum resistere moliantur, plenissimè demoliti sunt, & in prouinciam redacti. Tarracoenenses, Lusitani, Gallecti, (Arthaginisi, &) Seticani contra promontorium Africa sita, omnes vno penè praelio superate, & in prouincias Romanas descriptæ sunt. Epirotæ, qui in Illyrico quamuis cum Pyrrho rege suo contra Italiam conspirassent; tamen primum pacem moliti, secundo ac tertio rebellantes, cum Achiuis & Thessalis edomiti, Romano iugo subacti sunt. Macedonia namque primum sub Philippo, deinde sub Perseo, tertio sub Pseudophilippo arma contra se prouocauit Romana, oppressa que primo Flamini consule, secundo à Paulo, tertio à Metello superata, colla submisit,

submisit, Romana que prouincia facta. Illyriam autem cum Gentione suo rege, Macedombus auxiliantibus vicit Romano-rum Lucius prætor, & in prouinciam redegit. Dardanos Mæstios que Curtione primum proconsule domuit, primus que omnium Romanorum Danubium amnem vsque profectus, cuncta eius loca vastauit. Pannoniarum quoque regem in certamine superans, idem Lucius redegit in prouinciam utrasque Pannonias. Amanthinos autem qui inter Sassium Draum que flumina insident, rege eorum interempto, ipsa vice Romanam fecit prouinciam. Marcomanni & Quadi in illa Valeria qua inter Draum Danubium que interiacer, ab eodem tunc ductore oppressi, fines que inter Romanos & barbaros ab Augusto per Vindeliciam, per Noricum Mæsam que dispositi. Daces autem posthac iam sub imperio suo Traianus Decebalo eorum rege deuicto, terras ultra Danubium, que habent decies centum milie passus, spacia,



in provinciam redegit. Sed Galienus eos dum regnaret amisit; Aurelianusque imperator, euocatis exinde legionibus, in Mesia collocavit, ibique aliquam partem Daciam mediterraneam, Daciamque Ripensem constituit, & Dardaniam iunxit. Illyricus autem cuncta per partes quidem & membra deiuncta, ad unum tamen corpus aptata est, quae habet intra se provincias decem & octo. haec sunt, Norici duae, duae Pannoniae, duae Valeriae, Suevia, Dalmatia, Mesia superior, Dardania, Dacia duae, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiros, Praevalles, Creta, simul decem octo. Thracicus autem non aliter nisi occasio Macedonici belli fecit aggredi. Dirum namque homines omniumque gentium ferocissimi sunt Thracae, quorum saevitiam pariter habent & Scordisci, & Emimontij, Asticique, ob quorum immanitatem Romani multa & graua pertulerunt, crebrisque certaminibus exercitus casus. Ad postremum à Marco Didio & ipsi subacti, & loca

DE REGN. SVCCCESS. 83  
 loca eorum in provinciam redacta, iugum excepere Romanum. Nam Marcus Drusus intus eos in montibus eorum contriuit, Minutius in Gebro amne eorum multos extirxit & vicit. Rodopeni per Appium Claudium deiuncti sunt, & ciuitates maritimas Europa, quae dudum Romanae fuissent, & postmodum rebellassent, Marcus Romanis subegit. Lucullus siquidem primus in Thracia contra Bessos pugnavit, eos qui in fortitudine famaque praebant deiuncti, Emimontiosque debellans, Pulendinam quae nunc Philippopolis, & Ustrudamam quae Adrianopolis vocatur, in Romanorum redegit dominium. Similiter & cabiens ciuitates quae litori Pontico inhaerebant, id est Apolloniam, Galatam, Parthenopolim, & Tornos Istri, omniaque loca usque ad Danubium subdens, Scythis Romanorum ostendit virtutem. Haec enim ad partes occidentales. nunc quae in Eoa plaga sunt percurramus. Primum quidem in Asia locum Romani hereditario iure in-

uenerunt. Nam Attalus rex, amicissimus populi Romani, humanis rebus excedens, per testamentum suum Romanos suo in regno haeredes constituit: quod penè non ante Romanus populus adiit, nisi & suo labore vicina loca cepisset, id est Lydiam, Cariam, Hellepontum, utramque Phrygiam. Nam Rhodus opinatissima insula, & totius Adriæ insularum metropolis penè cum omnibus Cycladibus arma pertimescens Romana, iam dudum se foederatam populo illi coniunxerat, & nauali bello solatia condonabat. Cum quibus Seruilius proconsul directus, quasi piratico bello, obtinuit tamen Pamphyliam, Lyciam, Pisidiamque demisit, fecitque prouincias. Bithyniam uerò Nicomedes rex moriens, testamentali uoce reliquit. Gallogræciam autem, id est Galatiam Syriaci belli ruina conuoluit. Fuit nanque inter auxilia regis Antiochi. An fuisset cupidus triumphi Mumius, dubium est. Dubius nanque procelis fusi fugatique sunt, quam

uii

DE REGN. SVCCES. 85  
uis sub aduentu hostis sedibus relictis in altissimos se montes recepissent. colonos abegit. Olympum tecti sago & magaba infederant. Utrumque fundis sagittisque detracti, in perpetuam se pacem dederunt: sed alligati miraculo quodam fuere, quum cathenas morsibus & ore tentassent, quum offricandas in uices fauces præbuisent. Nam Orgia Contis uxor à centurione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam euasit, reuulsumque adulteri caput ad maritum reportauit. Deiotarum siquidem amicum senatus præfecit Galatiæ, sed post hæc Cæsar eos redegit prouinciamque fecit. Cappadoces quoque sub Epaphra rege constituti, primum per legatos suos Romanorum amicitias petierunt, dehinc Ariobarzane rege succedente, & à Mitridate expulso, ultro se Romano seruitio tradiderunt, magnamque ciuitatem suam Mazacam in honorem Cæsaris Casaream appellauerunt. Post hæc iterum sub Claudio imperatore rex eorum

F 3

Archelaus

Archelaus Romam adueniens, quasi amicus populi Romani. ibique defunctus, testamentali voce Cappadociam Romanis dedit, & sic iam ex integro in provinciam facta est. Pontus à Pompeio deuicta cum suo rege Mithridate, facta provincia est. Paphlagonia Pylemenes rex amicus populi Romani, à multis dum iniquietaretur, Romanorum petiit auxilium. Se quoque dum de inimicis vlcisceretur, defunctus, Romanos per testamentum heredes reliquit. Hactenus intra Taurum. nunc ulterius transgrediamur, & quae patriae aut quibus subiugantibus populo Romano coniunctae sint, memorabimus. Antiochus Syriae fortissimus rex magnum apparatus belli contra populum Romanum commouit. trecenta milia siquidem armatorum, currusque falcatos, quamplures elephantos, innumerosturritos, & instar muralis in acie ordine sitos, cui obuiauit Scipio Africani Scipionis frater in Asia ad Magnesium ciuitatem, commissoque praelio, Antiochus

Antiochus victus est, percussumque factus cum Romanis, ab Asia discessit, & ultra Taurum ex Senatusconsulto regnare permissus est, filiosque eius in obsidatus Romae deductos post patris obitum regnare genitali loco concessum. Cilices cum Isauris pirata effecti, & in mari magno saepe latrocinia concitantes, à Seruilio proconsule victi & prostrati sunt. hic quoque Seruilius primus Romanorum Tauri iugum peruium fecit, triumphansque de eorum spoliis, Isauricus & Cilicus vocatus est. Cyprum Cato classe nauigera directus inuasit. Cypris negantibus habere se aliquid, magnas illic opes reperit, proscriptionibusque multauit. Quod non ferens Gnosius rex eorum, veneno hausto semet occidit, & sic Cyprus Romana facta provincia. Libyam, id est Pentapolim totam, primo illo Ptolemeo Romanis sub libertate concessam, tamen resistentes dehinc, Appionis consilium populo Romano subdidit. Aegyptus omnis ab amicis Romanorum, id

est Lagitis per Ptolemaeos possessa. post  
 hac Cleopatra & Antonius iure proprio  
 vindicantes, & se & illam amittunt.  
 Montes verò Armenia primum per Lu-  
 cullum Romana arma viderunt, per  
 quem & Osroene & Saracenorum phy-  
 larchi devicti Romanis se dederunt:  
 Mesopotamiamque idem ipse, Nisibem  
 quoque urbem inuasit. Post quem Pom-  
 peius eadem loca ingrediens, Romano con-  
 firmavit imperio. Syriam Comagenen iu-  
 sto praelio Tigrane devicto inuasit. Ara-  
 bes & Palestini eodem Pompeio ductan-  
 te devicti sunt. Babylonij autem crebro  
 concertantes, sepe numero victi, nunquam  
 tamen ad integrum domiti sunt. Quos ta-  
 men primum Lucius Sylla proconsul sub  
 Arsace eorum rege devicit, ab eoque roga-  
 tus per legatos pacem concessit. Secundo  
 dum Lucius Lucullus à Pontico regno Ti-  
 granem regem Armenia cum decem &  
 octo millibus superatum expelleret, omni  
 Armenia inuasa, ad Mesopotamiam ve-  
 nit,

nit, ibi Nisibem cum fratre regis Parti-  
 horum cepit, a qua sorte Persidem cupiens de-  
 vastare, nisi Pompeius à Senatu directus  
 ei aduenisset successor. Hic etenim Pom-  
 peius ilico veniens, mox nocturno praelio in  
 minori Armenia super Mithridatem ir-  
 ruens, XLII milia Armeniorum proster-  
 nens, eius castra succendit. Unde Mi-  
 thridates cum uxore & duobus satelliti-  
 bus fugiens Bosporum venit, nimiaque  
 desperatione detentus venenum accepit.  
 Sed dum nec sic mors ei accederet, alterum  
 è duobus satellitibus rogavit. Ut se peri-  
 meret. Pompeius autem maiori Armenia  
 dum persequeretur Tigranem contra Ro-  
 manos auxilium commodantem, ille in Ar-  
 taxata urbe regno deposito, ultro diade-  
 ma suum Pompeio obtulit: sed Pompeius  
 pietate ductus, ultra minorem Armeniam  
 ei concessit regnare, auferens ab eo Meso-  
 potamiam & Syriam, partemque Phoeni-  
 cis cum Armenia. Nam Bosporanis Col-  
 chisque Aristarchum regem Pompeius  
 F 5 preposuit,

prapofuit, Albanosque insequens, Orodem  
 regem earum tertio superauit, ad postre-  
 mum rogatus pacem concessit. Hiberiam  
 similiter cum Artace rege in deditioe ex-  
 cepit. Sarracenos Arabasque exsuperans,  
 Hierosolymam inde captiuauit. Cum Persis  
 foedere percusso, reuertens Daphnensem  
 agrum Antiochenis concessit ob nimiam lo-  
 ci amoenitatem pro munere. His & aliis  
 rebus in Syria bene gestis, unius foedauit  
 auaritia. Nam Crassus consul, dum Par-  
 thico inhiat auro, undecim legiones penè  
 eum suo capite amisit. Cuius in conspectu  
 & filius hostilibus telis confossus, & ipse  
 peremptus, caputque eius praecisum cum  
 dextera manu, ad regem reportatum ludi-  
 brio fuit, neq. indigno: Aurum enim liqui-  
 dum in rictum oris infusum est, ut cuius  
 nimis aurifererat cupiditate, eius etiam  
 montium exsangue corpus auro ureretur.  
 Reliqui uero infelicis exercitus, quò quem-  
 que rapuit supra, in Armeniam, Ciliciam,  
 Syriamq. distracti, vix cladis tanta nun-  
 cium

DE REGN. SVCCCESS. 91  
 cium retulerunt. Hac ergo clade altius Par-  
 thi animos eleuantes, per Pacorum ducem  
 Syriam inuadunt, ducemque Labinium,  
 quem dudum ceperant, exercitui praepon-  
 nentes, contra socios, id est Romanos, in  
 praelio dirigunt.

Sed Ventidius Bassus Persas sub  
 utroque duce Syriam populantes, supera-  
 tos effugat, Labiniumque interfecit; Pa-  
 corum uero regium iuuenem telis undique  
 circumseptum extinxit, moxque capite  
 eius dempto & circumlato per urbes quae  
 descuerant, Syriam sine bello recepit. Sic  
 Crassianam cladem Ventidius Pacori ca-  
 pite, Labini que morte pensauit. Nec sic  
 contentus populus Romanus, Crassianum  
 interitum obliuisci, inde adhuc saeuit in  
 Parthos. Nam Marcus Antonius in Me-  
 diam ingressus, contra eos arma commo-  
 uit, ibi superans eos, deinde cum duabus  
 legionibus inedia hiemeque correptus, vix  
 in Armeniam Parthis sequentibus fugit,  
 ibique ereptus est. Sub Augusto dehinc  
 Octauiano



Octaviano Armenij cum Parthis commixti, per Claudium Cesarem nepotem Augusti occisus superantur. Armenij siquidem utilius rati Romanorum amicitia reconciliari, & proprias sedes incolere, quam cum Parthis coniuncti, & sedes perdere, & Romanos infestos habere. Sic quoque dum in partibus orientalium Romanus laborat exercitus, occiduae plagae infesta sunt. Norici qui in Alpibus Noricis habitantes credebant quasi in rupes & niues bellum non posse ascendere: sed mox omnes illius cardinis populos, Brennos, Teutones, Serzones, atque Vindelicos, per eundem Cesarem gladio Romanus vicit exercitus. Quae tamen fuerit Alpinarum gentium feritas, facile est vel per mulieres ostendere, quae deficientibus telis, infantes suos affluetos humi in ora militum aduersa miserunt. Nec minore his saevitia Illyrici pariter accenduntur. Contra quos Augustus e vicino egressus, pontem unde aquam transiret fieri imperavit. Dumque aquis & hostibus

hostibus ad ascensum milites turbarentur, scutum ipse rapuit, & viam primus ingressus est. Tum agmine secuto, cum subruptus multitudine pons succidisset, saucius manibus & cruribus, speciosior sanguine, & ipso periculo augustior, terga hostium cecidit. Pannonij vero duobus saltibus, tribus fluminibus, Drao, Sauo, Histroque vallantur, contra quos Vibium misit, qui eos plus feliciter vicit, quam eorum flumina cursu rapido currant. Dalmatae similiter silvis commanentes, plurimam partem latrocinando vastabant: ad quos edomandos Vibium mandat, qui efferum genus fodere terras coegit, aurumque e venis repurgare. Maesi vero quam feri, quam truces erant? unus ducum ante aciem postulato silentio, qui vos estis? inquit. Respondit, Romani gentium domini. Et ille, Ita fiet inquit, si nos viceritis. Sed mox ad bellum ventum est, nec classicum audire valuerunt. sic à Marcio superati sunt. Thraces antea saepe, tunc tamen Romanica

metalca regnante sibi à Romanis desciscunt. Nam hic barbaros & discipline & signis militaribus assuescebat: sed à Pifone perdomiti, in ipsa captiuitate rabiem ostendebant. nam cathenas quibus ligati erant morsibus vellicantes, feritatem suam ipsi puniebant. Daciam quoque Ultra Danubium sitam, exindeque sepius elatos, gelato Danubij alueo ad furta in Pannoniam transeuntes, Lentulo misso uicit, expulit, atque subegit. Sarmatas quoque per eundem Lentulum Ultra Danubium pepulit. Qui nihil aliud ubi degunt præter niues pruinasque & siluas habent, tantaque barbaries in illis est, ut nec intelligant pacem. Marmaridas uerò & Garamantes in orientali hiemali plaga per Quirimum subegit. Germanos, Etallos, Britones, Hispanos, Hiberos, Astures, Cantabros occiduali axe iacentes, & post longum seruitium desciscentes, per se ipse Augustus accedens rursus seruire coëgit, Romanisque legibus uiuere. Cleo-

patra

patra uerò Alexandrinorum regina ex genere Lagitarum, Ptolemæorumque successor, prius contra uiri sui Ptolemæi insidias Caium Iulium (Cesarem) interpellauit, qui ob stupri (ut perhibent) gratiam, regnum eius confirmauit, ipsamque in urbem cum magna pompa deductam Alexandria permisit regnare. Cassius Judæa capta templum spoliauit. Occiso uerò in curia Romæ Cesare Julio, nepos eius Augustus suscepit principatum, quem Antonius, dum inuideret, nihilque ladere posset, urbem Romam ingreditur, & ad partes Egypti, quasi Romana prouisor reipublicæ, accedit. Ibi iam uiduam à viro regnantem reperiens Cleopatram, se quoque cum illa consocians, cepit sibi dominationem parare. nec tacitè; sed patriæ, nominis, togæ, fascium oblitus, in monstrum illud ut mente ita animo cultuque descinerat. aureus in manu baculus, in latere acinaces, purpurea uestis ingentibus obstricta gemmis. Diadema deerat, ut regina

rex

rex & ipse frueretur. Quod Augustus  
 Caesar audiens, à Brundisio Calabria in  
 Epirum, vt eum à cœpta remoueret tyrannide,  
 transferat. Nam Antonius omne  
 Adriacum litus iam classibus obsidebat.  
 Sed mox vbi ad prælium ventum est, &  
 Caesaris classis illius cœpit turbare nauigium;  
 prima mox fuga regina cum aurea  
 puppi veloq̃que purpureo in altum se dedit.  
 Mox secutus Antonius. sed instat vestigiis  
 eorum Caesar. Itaque nec præparata in  
 Oceanum fuga, nec murita præsidia vtraque  
 Egypti cornua Pætonium atque  
 Pelusium profuere. Prope fuere, prope manū  
 tenebantur. primus ferrum occupauit  
 Antonius, regina ad pedes Augusti prouoluta  
 tentauit oculos ducis. frustra quidem.  
 nam pulchritudo inira pudicitiam principis  
 fuit. nec illa de vita, quæ offerebatur,  
 sed de parte regni laborat. Quod vt desperauit  
 à principe, seruariq̃ se triumpho cognouit,  
 incautiorem nacta custodiam, in  
 Mausoleum se regum recepit, ibiq̃que maxi-

mos,

mos, vt solebat, cultus induta, in referto  
 odoribus solio, iuxta suum se collocavit Antonium,  
 admotisq̃que ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est. Hic  
 finis bellorum Augusti Caesaris tam cum  
 ciuibus quàm cum extraneis. Sic quoque  
 Augustus, vt Caesar Octavianus, quo  
 nullus imperatorum in bellis felicior, nec  
 pace moderatior fuit, civilissimus in omnibus,  
 qui ab oriente in occidentem, à septentrione  
 in meridiem, ac per totum Oceani  
 circulum, cunctis gentibus vna pace compositis,  
 Iani portas ipse tunc clausit; &  
 censum Romæ cum Tiberio cogitans, inuenit  
 hominum nonagies trecenta septuaginta  
 milia, omnemq̃que orbem venientis Iesu  
 Christi natiuitate pacatum censerit præcepit,  
 regnauitq̃que annos quinquaginta sex:  
 sed imperio eius secundo ac quadragesimo  
 anno, Dominus Iesus Christus ex spiritu  
 sancto ac Maria virgine Deus verus ac  
 homo verus nasci dignatus est. quatuordecim  
 residuos annos post Domini aduentum

G

tum

tum corporali presentia, in pace regnans, & ipse singularem obtinuit principatum, & posteris eandem imperij potestatem cum suo nomine Augusti derelinquens, rebus excessit humanis, successorem relinquens Tiberium priuignum suum.

Tiberius Augustus Caesar regnauit annos viginti tres, qui multos reges ad se blandicus euocatos, nunquam ad propria regna remisit, in quibus & Archelaum Cappadocum regem. Cuius & regno, postquam defunctus est, in prouinciam verso, Masacam ciuitatem eius de nomine suo Casaream uocitauit. huius uero anno xviii dominus noster Iesus Christus sub Pontio Pilato in Iudaea carne passus est, non deitate.

Caius Caesar cognomento Caligula regnauit annos tres, menses decem. hic namque Memmium Regulum coegit, ut uxorem suam sibi lege filiae coniugem daret, instrumentaque matrimonij ut pater scriberet. haec & his similia perpetrans,

necnon

necnon & in templo Hierosolymitano louis statuam per Gaium Petronium statuens, & in Alexandria Iudeos per Flac-cum Anilium praefectum opprimens, postremo à protectoribus suis in palatio Roma occisus est, anno aetatis uigesimo nono.

Claudius dehinc huic succedens, regnauit annos tredecim, & menses nouem. fecit etiam hic Claudius expeditionem in Britanniam insulam, quam iam nemo ante Iulium Casarem neque post eum quisquam adire ausus fuerat, exercitum duxit, ibique sine ullo praelio ac sanguine, intra paucissimos dies, plurimam insulae partem in dedicationem recepit. Orchadas autem insulas intra Britanniam in Oceano positas, Romano adiecit imperio. Ac sexto quo praefectus erat mense Romam repedauit, ibique defunctus est annorum sexagintaquatuor.

Nero nepos Caii Caligulae regnauit annos tredecim, menses octo: tantaeque luxuria fuit, ut frigidis & calidis lauaretur unguentis. Is etenim non solum quidem

non profuit reipublica, imò obfuit nimis. Nam duas legiones in Armenia cum ipsa provincia simul amisit, qui Parthico iugo seruentes, grauem infamiam Romanis dederunt. Iuxta omne scelus & paruidium quod in proprios parentes commiserat, addidit facinus, ut ad instar Troie Romam incenderet, manus que iniiciens in Christianos, persecutionem concitat, ipsosque doctores fidei Petrum ac Paulum in urbe interemit, alterum cruci affigens, alterum capite plectens. eoque cum dedecore regno euulso, Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Ottho Romæ imperium arripuerunt, omnesque tamen celeri interitu interierunt.

Vespasianus apud Iudæam ab exercitu in regnum ascitus, regnavit annis decem. Nam relicto filio suo Tito ad expugnationem Hierosolymorum, ipse Romam profectus regnavit in pace.

Titus filius Vespasiani, idemque Vespasianus debellator Iudææ gentis, regnavit  
annis

DE REGN. SVCC. 101  
annis duobus mensibus duobus. hic namque secundum Josephi fidem, undecies centena millia Iudæorum fame & gladio interemit, & alia centum millia captiuorum publicè vendidit. Tantam multitudinem in Hierosolymis paschalis festiuitas admauerat.

Domitianus frater Titi, filius Vespasiani, regnavit annos xv, menses quinque; tantaque fuit superbia, ut se deum ab omnibus primùm appellari præciperet. multosque nobilium exilio relegans, nonnullosque occidens, de substantiis eorum aureas argenteasque sibi statuas fecit, manusque in Christianos iniiciens, Joannem apostolum & euangelistam, postquam in feruenti oleo missum non potuisset extinguere, in Pathmos eum insulam relegavit, ubi apocalypsim vidit. Cuius crudelitatem non tolerantes Romani, in palatio Romæ interficere statuerunt; omneque quod constituerat irritum fecere.

Nerva admodum senex regnavit an-



no vno, mensibus quatuor, qui ut priuata vita leuis, leuior fuit in regno, nec quicquam profuit Republicæ, nisi quòd Traianum se viuente elegit.

Traianus penè omnium Imperatorum potior regnavit annis XVIII, mensibus vti. hic enim de Dacia Scythisque triumphauit, Hiberosque & Sauromatas, Osdroenos, Arabas, Bosforanos, Colchos edomuit, postquam ad feritatem proruperunt. Seleuciam, & Ctesiphontem, Babyloniamque peruasit, & tenuit. Necnon & in mari rubro classem, vnde Indiæ fines vastaret, instituit; ibique suam statuam dedicauit, & post tot labores apud Seleuciam Isauriæ profluuiò Ventris anno ætatis extinctus est sexagesimo tertio, ossaque eius in Urna aurea collocata, & in foro sub columna posita, solusque omnium Imperatorum intra urbem sepultus.

Adrianus Italiæ de Hispania natus, consobrinæ Traiani filius, regnavit annis vnginti vnum. hic penè nil profuit. reipub.

nisi

nisi quòd dudum subuersas Alexandriam & Hierosolyman propriis reparauit expensis, nonnullisque in locis publica relaxauit tributa. Hierosolyman siquidem suo de nomine Eliam appellans, nulli Iudeorum ingredi permisit. Nam claret eum inuidum factis Traiani, quia mox ut ei successit ilicò nulla necessitate faciente exercitum ad se reuocans, Mesopotamiam, Assyriamque, & Armeniam Persis reliquit, Eufratem fluuium finem terminumque inter Parthos Romanosque constituens. Quo regnante, Aquila Ponticus scripturas de Hebræo transtulit. Adrianus morbo apud Baias quatiante obiit.

Antoninus cognomento Pius cum suis liberis Aurelio & Lucio regnavit annis XXII, mensibus III. Et si non profuit quidquam Antoninus, nullam tamen lesionem respública sensit. Defunctus est duodecimo urbis miliario, in villa Sualoris nuncupata, anno ætatis septuagesimo sexto. Regnavit annis XIX. mense vno.

G 4

Marcus

Marcus Antoninus, qui & Verus, & Lucius Aurelius Commodus affinitate coniuncti, æquo iure imperium administraverunt. E quibus iunior contra Parthos arma movens, magna egit & sortia, Seleuciamque urbem eorum cum quadringentia milibus accepit pugnatorum. Senior verò multis sæpe bellis interfuit, sapiusque per duces suos triumphum reuexit maxima de gente Quadorum, è quibus cum magna gloria triumphauit. Sed vnus in Aleno apoplexiam passus defunctus est; alter in Pannonia urbe periit.

Commodus filius Antonini regnauit annis tredecim, magnūque triumphum de gente reuexit Germanica, & posthac in domo Vestiliani strangulatus desecit.

Helius Pertinax maior sexagenario, quum præfecturam ageret, ex senatusconsulto imperator creatus, regnauit menses sex. Hic etenim obsecrante senatu vt uxorem suam Augustam, filiumque Cæsarem appellaret; Sufficere, inquit, debet, quòd

ego

ego ipse inuitus regnauit, quum non merer. Nimis æquissimus, omniumque communis, quem Iulianus iurisperitus in palatio eius peremit, ipseque postea à Seuerò occisus est.

Seuerus genere Afer, Tripolitanus, regnauit annis decem & octo, vltusque est occasionem Pertinacis in Iuliano. se quoque Pertinacem appellauit. Hic etenim Parthos & Adiabenos contra Romanos insurgentes mirabiliter superauit. Arabas quoque interiores ita cecidit, vt regionem eorum Romanam faceret prouinciam. Sic quoque triumphans, Particus, Arabicus, Adiabenicus dictus est. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Iudeorum factus profelytus, item diuinas scripturas ex Hebræo sermone Græca lingua transfudit, suamque condidit editionem. post quem panè tertio anno secutus Theodotio Ponticus, item suam in eodem suo opere editionem scripturarum composuit. Britannicum bellum exortum, unde Se-

G 5

uctus

uerus mirabiliter triumphauit.

Antoninus cognomento Caracalla, filius Seueri, regnauit annos septem. Nam ideo hoc nomen nactus est, quod eiusmodi uestium genera Romæ de manibus erogans, sibi nomen Caracalla, & uesti Antoniana dederit. Sub hoc iterum editio scripturarum diuinarum, quam Quintam vocamus, in Hiericho in dolio reperta est. Hic etenim Imperator, dum contra Persas mouit prociudum, in Osarocnes Edeffa defunctus est.

Macrinus præfecturam agens prætorianam, Imperator creatus est. regnauitq. anno vno, occiditurque ab Archelaide.

Marcus Aurelius Antonini Caracalla filius, templique Heliogabali sacerdos, imperator factus, anno quarto Emaus in Iudæa constructa, & Nicopolis nominata. Tunc & Africanus egregius scriptor temporum, pro ipsa legationem suscepit ad principem. Sed imperator dum nullum genus obscenitatis in regno suo quod non faceret

faceret prætermitterebat; occisus est à tumultu militari. regnauit annis III.

Alexander Mamea filius, ignobilis fortunæ existens, adhuc iuuenis, regni moderationem suscepit; moxque contra Xerxem regem Persarum arma arripens, mirabiliter de Parthorum spoliis triumphauit. Sub huius item imperio, in Nicopoli Aethiaca, id est, Epiro, editio, quæ sexta dicitur diuinarum scripturarum, in dolio reperta est: ipseque Mogontiaco tumultu occiditur militari.

Maximinus genere Gothico, patre Micca, Abaqua Alana genitus matre, sola militum voluntate ad imperium conscendens, bellum aduersus Germanos feliciter gessit; indeque reuertens, contra Christianos intestina prælia, vix annos tres regnans, Aquileia à Pupieno occisus est.

Gordianus admodum puer Imperator factus, vix regnauit annos sex. Hic etenim mox ut Romam ingressus est, ilicò Pupienum & Balbinum, qui Maximi-

num occidentes tyrannidem arripuerunt, occidit: Ianumque geminum aperiens, ad Orientem prouectus, Parthis intulit bellum, indeque cum victoria reuertens, fraude Philippi praefecti pratorij haud longè à Romano solo interfectus est.

Philippus imperium impudenter ingressus, regnavit annis septem. Hic etenim filium suum, id est, Philippum consortem regni fecit, ipseque omnium imperatorum Christianus primus effectus est, tertioque anno imperij sui festiuitatem Romane urbis millesimo anno quem expleuerat celebravit, urbemque nominis sui in Ibracia, quae dicebatur Pulpudena, Philippopolim reconstruens nominauit.

Decius Pannonia inferiore Bubalia natus, occisis Philippis utrisque, regnavit anno vno, mensibus tribus. armisque in Christianos erectis, ob Philipporum nominis odium, ipse bellantibus Getis cum filio suo crudeli morte occubuit abrupto.

Gallus & Volusianus regnauerunt

annis

annis duobus, mensibus quatuor. Hi quum aduersum Aemilianum, qui in Maesia res nouas moliebatur, ex urbe profecti essent, in Foro flaminij interfecti sunt.

Aemilianus verò tertio mense inuase tyrannidis extinctus est.

Valerianus & Gallienus, dum vnus in Rhetia à militibus, alter Rome à senatu in imperio leuantur, regnauerunt annos quindecim. Valerianus siquidem in Christianos persecutione commota, statim à Sapore rege Persarum capitur, ibique seruitute miserabili consenescit. Gallienus illius exitum cernens, Christianis pacem dedit: sed dum nimis in regno lasciuiret, nec virile aliquid ageret, Parthi Syriam Ciliamque vastauerunt. Germani & Alani Gallias depradantes, Rauennam usque venerunt. Graciam Gothi vastantes, Quadi & Sarmatae Pannonias inuaserunt. Germani rursus Hispanias occupauerunt. idcirco Gallienus Mediolani occisus est.

Claudius

Claudius regnavit anno uno mensibus octo. Qui Gothos iam per xv. annos Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus, incredibili strage deleuit, scilicet ut in curia ei clypeus aureus, & in Capitolio statua aurea poneretur, occisusque apud Sirmium est.

Post huius mortem Quintilius frater eius a senatu Augustus appellatus, octavo decimo imperij sui die Aquileia occisus fuit.

Aurelianus Dacia Ripensi oriundus, regnavit annos quinque, menses sex. Qui mox Tetrico apud Catalaunios prodente exercitu Gallias recepit, expeditioneque facta ultra Danubium, Gothos magna praelii profligavit, cultoresque divini nominis persecutus est. Odenatus Palmyrenus ante ipsum collecta rusticorum manu, Persas de Mesopotamia expellens, ipse ea loca inuaserat. Quo occiso, uxor sua orientis tenebat imperium: contra quam expeditionem suscipiens Aurelianus, apud

Hymnas

Hymnas vicum Antiochia superavit, Romaeque in triumpho viam perduxit; ac dehinc secundo arripiens expeditionem, inter Byzantium & Heracleam in Cenophrurio via veteris occiditur.

Tacitus regnavit annos sex. Quo occiso apud Pontem, Florianus suscepit imperium, tenuitque diebus trecentis quinquaginta octo. Similiter & ipse apud Tarsum interfectus est.

Probus regnavit annos sex, menses quatuor. Hic enim Gallos & Hispanos vineas habere permisit. Quo tempore Saturninus magister militum dum ad restaurationem Antiochena civitatis missus fuisset, abrepta ibidem tyrannide, mox oppressus est, & Apamia interfectus. Ipse quoque imperator Probus tumultu militari Sirmio in turre que vocatur Ferrata occisus est.

Carus cum filiis Carino & Numeriano regnavit annos undecim, oriundus Narbona Galliae. Hic admirabiliter pene omni



omni Perside vastata nobilissimas earum urbes occupauit, Seleuciam & Ctesiphontem. Bellum Sarmaticum feliciter superauit. Ipse quoque Carus super Tigridem amnem dum castrametaret, fulmine ictus occubuit.

Numerianus autem oculorum dolore tentus, dum in lecticula ueberetur, socii sui Apri insidiis occisus est. fœtor cadaueris vix tertio die agnitus est.

Carinus verò apud Margum in prælio victus occiditur.

Diocletianus Dalmata scribæ filius Imperator elatus, regnavit annis viginti. Hic etenim mox ut in regno eleuatus est, ilicò Aprum in militum concione percussit, iurans sine suo scelere illum Numerianum interemisse, & mox in consortium suum Maximianum Herculum asciuit.

Maximianus rusticorum multitudine oppressa, quos Bagandas dicunt, pacem Gallis reddidit. Quo tempore Carausius sumpta purpura Britannias occupauerat.

Narsesus

Narsesus rex Persarum Orienti bellum intulerat. Quinquegentiani Africam infestauerant, Achilles Ægyptum inuaserat.

Ob quæ Constantius, & Galerius, ac Maximianus Cæsares assumuntur in regnum.

Constantius, Claudij ex filia nepos fuit: Galerius in Dacia, non longè à Sardica natus. Atque ut eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Constantius priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua sex liberos procreauit: Galerius autem Valeriam Diocletiani filiam accepit, vtraque pristina matrimonia repudiantes. Carporum siquidem gens tunc deuicta, & in Romanum solum translata est. Tunc etenim primus omnium imperatorum Diocletianus adorari se ut deum præcepit, & gemmas vestibus calciamentisque inseruit, diademataque in capite ante eum omnes cum chlamyde tantùm purpurea ut à priuatis discernerentur habebant, & ut iudices

dicēs ceteri salutabantur. Assumpta ergo  
 unusquisque principum expeditione, Dio-  
 cletianus Ægypti tyranno octavo mense  
 deuictō, prouinciam cunctam subegit. Ma-  
 ximianus Hercules in Africa Quinque-  
 gentianos exsuperauit. Constantius iuxta  
 Lingonas una die sexaginta milia Ale-  
 mannorum cecidit. Galerius Maximianus  
 victus primo prælio à Narseo, ante car-  
 pentum Diocletiani purpuratus cucurrit.  
 Qua verecundia compunctus, secundo vi-  
 riliter dimicauit, superauit Narseum, ux-  
 ores eius abegit ac liberos, & cum debito  
 honore à Diocletiano susceptus est. Post  
 quam uictoriam mirabiliter Diocletianus  
 & Maximianus Romæ triumpharunt,  
 præcedentibus sibi liberis uxoribusque  
 regis Persarum, prædaque illa ingenti gen-  
 tium diuersarum. Sic quoque concitata per-  
 sequitione in Christianos, Diocletianus in  
 Cappadocia defunctus est. Constantius

\* \* \*

Julianus apostata regnauit anno uno,  
 mensibus

DE REGN. SVCCCESS. 115  
 mensibus octo, relictaque Christianitate  
 ad idolorum culturam conuersus est, mul-  
 tosque blanda persecutione illiciens ad  
 sacrificandum idolis compulit. Ipse quidem  
 uir egregius, & Reipub. necessarius,  
 Parthis ingenti apparatu intulit bellum.  
 Ubi proficiscens, Christianorum post ui-  
 ctoriam sanguinem diis suis uotauit. Non-  
 nulla Parthorum oppida in deditionem  
 accepit, multaque ui populatus est, castra-  
 que aliquandiu apud Ctesiphontem habuit.  
 Unde egressus, dolo cuiusdam transfuge in  
 deserta perductus, cum uentis ardore so-  
 lis confectus periret exercitus, ipse tanto-  
 rum discriminum anxius, dum per uasta  
 deserti euagatur incautus, ab obuiō quo-  
 dam hostium equite conto illa percussus in-  
 teriit, anno ætatis suæ tricesimo tertio.

Post quem sequenti die ab exercitu Io-  
 uianus tribunus domesticorum in regno  
 ascitus est.

Iouianus regnauit menses octo, qui  
 mox necessitate compulsus, Nizibin, &  
 H 2 magnam

magnam Mesopotamiae partem Saporì regi Parthorum contradidit, ipseque odore prunarum praefocatus defunctus est Dadastanis, anno aetatis tricesimo tertio.

Valentinianus & Valens regnarunt annis tredecim, mensibus quinque. Nam Pannonenses erant Cibalienses, utrinque germani. in Nicomedia tribunatum Valentinianus agebat, qui Imperator creatus, fratrem suum Valentem regni socium assumpsit. Ipse verò egregius, & Aureliano similis moribus, nisi quòd severitatem nimiam & parcitatem, quidam crudelitatem & avaritiam causabantur. relicto germano Orientali in regno, ipse Hesperium tenuit. Quo tunc regnante, alter Valentinianus in Britannia tyrannidem assumens, in continenti oppressus est. Constantinopoli quoque Procopius quidam contra Valentem insurgens, nihilque praevalens, urbe egreditur, & in Phrygiam Salutare tyrannizans extinctus est, multique partis Procopiana caesi atque proscripti.

scripti. Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo suafusus & baptizatus, contra Orthodoxos infestus insurgit.

Gratianum filium suum Valentinianus Ambianis imperatorem constituit, quem habuit de Seuera priore iugali; & contra Saxones & Burgundiones, qui plus octoginta milia armatorum primum Rheni in limbo castrametassent, movit prociectum, sed apoplexia subito & sanguinis eruptione Brigione defunctus est.

Tunc Gratianus Valentinianum fratrem, de Iustina Sicula uxore natum, in regno consortem assumit. Nam Valentinianus senior dudum laudante Seuera uxore sua pulchritudinem Iustinae, sibi eam sociavit in matrimonio, legesque propter illam concessit, ut omnes viri qui voluissent, impunè binam matrimonia susciperent; quia ideo populosa Parthorum gens est, quia hoc apud eos solenne est, & multarum uxorum vnus auditur maritus. Decepta ergo, ut diximus, Iustina Valenti-

H 3      nianus

nianus edidit ex ipsa quatuor filios, Valentinianum supradictum imperatorem, Gratam, Justamque, & Gallam. de qua Gallia dehinc Theodosius Imperator, Flaccilla defuncta, quæ Arcadium Honoriumque pepererat, Placidiam generavit, quæ mater fuit moderni Valentiniani iunioris imperatoris. Sed nos ad propositum redeamus. Valens Imperator lege lata, ut monachi militarent, nolentes iussit interfici. quando & Theodosius, Theodosii Imperatoris postea pater, multique nobilium occisi sunt Valentis insania. Gratianus Imperator Alemannorum plus triginta milia apud oppidum Argentarium Gallie in bello prostravit, Galliasque pacavit. Gens Hunnorum super Gothos irruens, certos ex ipsis subiugat, alios fugat. Qui venientes in Romaniam, sine armorum suscepti dispositione, per avaritiam ducis Maximi fame compulsi, rebellare coacti sunt, superatisque Romanis in congressione, funduntur in Thracias. Contra quos Valens ab An-

tiocbia

tiocbia exire compulsus, in Thraciam proficiscitur, ibique lacrymabili bello commissus, imperator sagitta saucius, in casam deportatur vilissimam, ubi supervenientibus Gothis, igneque supposito, incendio concrematus est. Gothi verò occiso imperatore, iam securi ad urbem properant Constantinopolitanam, ubi tunc Dominica Augusta Valentis vxor multam pecuniam plebi largita, ab urbis vastatione hostes submovit, regnumque cognati, usque dum ille Theodosium ordinasset, fideliter utiliterque servavit.

Theodosius Hispanus, Italicæ divi Traiani civitatis, à Gratiano Augusto apud Sirmium post Valentis interitum factus est imperator, regnavitque annos XVII; veniensque Thessalonicam, ab Anatolio sancto episcopo baptizatus est, admodumque Ecclesie religiosus emituit propagator, Republicaque defensor eximius. Nam Hunnos & Gothos, qui eam sub Valente defatigassent, diversis praeliis vicit, at-

H 4

que

que à praua vastatione compefcuit. cum Persis quoque petitus pacem pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, & sibi Gallias vindicabat, apud Mediolanum vnà cum Valentiniano imperatore aggrediens ab Oriente clausit, cepit, occidit. Eugenium quoque tyrannum atque Arbogastem diuino auxilio præditus vicit, deletis eorum decem milibus pugnantorum. Hic etenim Eugenius confusus viribus Arbogastis, postquam apud Viennam Valentinianum extinxerat, inuasit; sed mox simul cum vita imperium perdidit. Nam occiso Arbogaste desperans, sua se manu peremit: omnibusque inimicis Theodosius superatis, in pace rebus humanis apud Mediolanum excessit, utramque Rempub. utrisque filiis quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Constantinopolim allatum atque sepultum.

Arcadius & Honorius fratres, filij Theodosij Imperatoris, utrumque imperium diuisis tantùm sedibus tenere cœperunt,

runt, id est, Arcadius senior Constantinopolitanam urbem, Honorius verò Romanam. Tunc Rufinus patricius Arcadio insidias tendens, Alaricum Gothorum regem ut Græcias deuastaret missis clam pecuniis inuitauit. Porro delectus Rufinus, ab Italia militibus Arcadio cum Gaina comite missis, ante portas urbis detruncatus est. caput eius cum dextera manu Constantinopoli ad ludibrium circumductum; uxoreque eius exsulata, opes cunctas Eutropius spado promeruit. Gildo Africa comes à Theodosio dudum ordinatus, ac si iuuenile regnum utrumque despiciens sibi velle cœpit Africam tenere, & à fratre proprio Masceizer dum se vidisset deiectum oppressionique vicinum, propria se manu peremit. Gaina verò supra nominatus comes Constantinopoli ciuile bellum commouens, totam urbem igni ferroque turbauit, fugiensque ad Hellepontum piratico ritu vivebat. contra quem navali prælio dato, multi Gotho-



rum eius extincti. ipse quoque bello euadens, mox tamen completitur. post cuius oppressionem, Isauri per montem Taurum cursitantes, ingens dispendium Reipubl. impetrarunt. contra quos Arbazacius directus, maius continuò rependit incommodum. Hesperiam verò plagam in regno Honorij imperatoris primum Radagaisus Scytha cum ducentis milibus suorum inundauit. Quem Haldi & Sarus Humorum Gothorumque reges superantes, omnes captiuos quos retulerant singulis aureis vendiderunt. Stilico verò comes, cuius due filie Maria & Thermantia, singule uxores Honorij principis fuere, & utraque virgines sunt defunctæ, spreto Honorio, regnumque eius inhians, Alanorum Suanorumque gentes donis pecuniisque illectas, contra regnum Honorij excitauit Eucherium filium suum paganum, & Christianis insidias molientem, cupiens Casarem ordinare. Qui, cum eodem filio suo deiecto, dolo occisus est. Quo anno est.

Arcadius

Arcadius orientalis imperator moriens post obitum patris annos XIII in imperio fuit.

Theodosius iunior Arcadij filius loco patris successit in imperio, adolescens egregius, regnauitque annos quadraginta tres. Alaricus rex Vuisegothorum vastata Italia Romam ingressus est, opesque Honorij Augusti depradatus, Placidiam sororem eius duxit captiuam; quam posthac Ataulfo successori suo in matrimonium ut acciperet delegauit. Constantinus tunc quidam Gallus occupatis inuasit imperium. Hostes eius contra eum facientes, filiumque eius regno priuare cupientes, monachum fecerunt eum. Ipse sanus à Gallia reuertens, statim filium suum Constantem ex monacho Casarem ordinauit. Sed mox ipse apud Arelatum, filius eius apud Vienne regnum cum vita amiserunt. Itemque eorum exitus immemores Jovinus & Sebastianus in Gallis tyrannidem moluntur: sed & ipsi ilicò esse deserunt.

Heraclea-

Heracleanus posthac cum septingentis & tribus nauibus armatis ad urbem Romanam depraedandam venit; contra quem Marinus comes egressus, sic eum perterruit, ut tantum cum una nauē Carthaginiem fugeret, ubi mox ingressus interfectus est. Valia rex Visigothorum facta pace cum Honorio, Placidiam sororem eius reddidit: quam Constantio patricio, qui eam reuocauerat, in matrimonio iungens, Honorius rebus excessit humanis. Maximus & Iouinus de Hispaniis ferro uincti, adducti, atque interfecti sunt.

Joannes verò Honorio defuncto regnum Occidentale inuasit. contra quem Placidia creata Augusta, & Valentinianus filius eius Caesar diriguntur: quem & dolo potius Asparis & Artaburis quam virtute superauit.

Occiso Joanne tyranno, Valentinianus Rauennæ imperator à patruſcle Theodosio ordinatur, cuius germana Honoria dum ad aule decus virginitatem suam cogeretur custodire,

DE REGN. SVCCES. 125  
custodire, clam misso clientulo, Attilam Hunnorum regem inuitat in Italiam. quumque veniente Attila votum suum nequiret explere, facinus quod cum Attila non fecerat cum Eugenio procuratore suo committit. Quam ob rem tenta à germano, & in Constantinopolim Theodosio principi destinata est. Posthac tertio anno Valentinianus Imperator à Roma Constantinopolim ob suscipiendam in matrimonium Eudoxiam Theodosii principis filiam venit, dataque promunere socero suo tota Illyria, celebratis nuptiis ad sua regna cum uxore recessit. Africana prouincia per Bonifacium comitem Vuandalis tradita, à Romano iure subtracta est. quia Bonifacius dum in offensam Valentiniani venisset, malo publico se defendere voluit; inuitatoque ab Hispaniis Gizericho Vandalorum rege, dolum quem conceperat peperit. Hunnorum rex Attila iunctis secum Gepidis, cum Ardarico Gothisque & Uualanis, diuersisque aliis nationibus, suis cum regibus, omnem

omnem Illyricum Thraciamque, & utramque Daciam, Mæsiam, & Scythiam populatus est. Contra quem egressus Arnegistlus magister militum Mæsiæ, apud Marcianopolim fortiter dimicauit: eo quoque sub se decedente præuentus est, & nec sic quiescens bellare, occisus est. Marcianus Imperator regnauit annos sex, menses sex. Hic enim mox defuncto Theodosio in regno ascitus, Pulcheriam germanam Theodosii, quæ in palatio matura mulier uirginitatem seruauerat, in matrimonio adsumens, regnum quod delicati decessores prædecessoresque eius per annos fere sexaginta uicissim imperantes minuerant, diuina promissione sic reparauit, ut exultatio ingens cunctis accresceret. Nam cum Parthis & Uandalis omnino infestantibus pacem instituit, Attilæ minas compescuit, Nobades Blemmyesque Æthiopia prolapsos per Florum Alexandrinæ urbis procuratorem sedauit, & pepulit à finibus Romanorum, obitumque Attilæ, &

Zenonis

Zenonis Isauri interitum, antequam moreretur felix comperit: infelicium omniumque inimicorum suorum colla domini uirtute calcans, sexto anno sextoque mense regnans in pace quieuit. Valentinianus autem occidentalis imperator, dolo Maximi patricij, cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio, per Obtilam & Thransfistilam Aetij satellites, iam percussio Cerealis spadone, truncatus est. Imperium quoque eiusdem Maximus inuasit, tertioque tyrannidix suæ mense membra tim Romæ à Romanis disceptus est. Gizericus tunc rex Vandalorum ab Eudoxia Valentiniani uxore inuitatus, ex Africa Romam ingressus est, eaque urbe rebus omnibus exspoliata, eandem Eudoxiam cum duabus filiabus secum in Africam rediens duxit. Leo Bessica ortus progenie, Asparis patricij potentia ex tribuno militum factus est imperator. Cuius nutu mox Valentiniani apud Rauennam Maioranus Cæsar est ordinatus, qui tertio necdum an-

no

no expleto in regno, apud Dertonam occiditur, locumque eius sine principis iussu Leonis Seuerianus inuasit: sed & ipse tyrannidis suae tertio anno expleto, Romae occubuit. Tunc Leo Anthemium diui Marciani generum ex patricio Caesarem ordinans, Romae in imperio destinauit, Bigelemque Getharum regem per Ardaburem Asparis filium interemit, Basiliscum cognatum suum, id est, fratrem Augusta Verinae in Africam dirigens cum exercitu, qui nauali praelio Carthaginem saepe aggrediens, ante eam victus cupiditate, pecuniis vendidit regi Vuandalorum, quam in Romanorum potestatem redegerat. Asparem autem patricium, cum filio Ardabure & Patriciolo, Zenonis generi sui instinctu in palatio trucidauit, occisoque Romae Anthemio Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte sua in matrimonio, apud Rauennam per Domitianum clientem suum Caesarem ordinauit. Qui Nepos regno potitus legitimos Glycerium, qui sibi tyrannico mo-

re re-

re regnum imposuisset, ab imperio expellens, in Salona Dalmatiae episcopum fecit. Sic quoque Leo Leonem iuniorem ex Ariadne filia nepotem suum in imperio ordinans orientali, anno sui sextodecimo obiit. Leo iunior mox paucis mensibus quum puerile, ordinanter tamen, rexisset imperium; manus sua genitorem suum Zenonem coronans, imperatoremque constituens, rebus excessit humanis.

Zenon natione Isaurus, gener Leonis imperatoris, regnauit annis decem & septem. Hic etenim dum processibus Chalcedone degeret, subito Verina Augusta socrus sua fratrem Basiliscum in imperium inducens, Augustum in urbe appellauit. Quod comperiens Zenon, Chalcedone sine aliqua Reipub. lesione in Isauriam recessit, malens se solum cum Ariadne Augusta exsulare, quam sua causa Reipubl. aliquid ex bellis ciuilibus incommodum prouenire. Quod Basiliscus cognoscens, Zenonisque fuga letatus, Marcum filium suum Caesa-

I

rem

rem ordinavit. Qui perfidia Nestoriana inflatus, multa contra ecclesiam tentavit protinus agere: sed volente Deo antè inflatus crepuit medius, quàm penitens stare potuerat. Nam reuertens Zenon rursus in regnum proprium, & eum, & patrem, & matrem in exilium oppidi Slemnij provincie Cappadociae destinavit. Vbi quia charitas dei & proximi in illis refrigerat, frigore consumpti sunt, vitamque cum regno amiserunt. Parte verò Hesperiae, Nepote Imperatore Orestes fugato, Augustulum suum filium in imperium collocavit. sed mox Odovacer, genere Rugus, Thorcilingorum, Scirorum, Herulorumque turbis munitus Italiam inuasit, Augustulumque Imperatorem de regno euulsum in Lucullano Campaniae castello exilij poena damnavit. Sic quoque Hesperium regnum Romanique populi principatû, quod septingentesimo nono Urbis conditæ anno primis Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo perijt, an-

no decessorum regni imperatorum quingentesimo vicefimo secundo: Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus: Theodericus autem, Triarij filius, cognomento Strabo, rex Gothorum, à Sciris suis usque ad Apulum quarto Urbis miliario armatus advenit: nulli tamen Romanorum noxius, continuo est reuersus. Porro in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaustra progreditur, iacentis super carpentum teli acumine pavitantisque equi sui impulsione fixus, transerberatus interiit, & Reipubl. diem festum morte sua donavit. Ualamerò rege Gothorum in bello Scirorum defuncto, Theodemir in regno fratris successit, cum Vuidimero fratre & filio Theoderico. sed missa sorte Vuidimero partes Hesperias, Theodemiro cum filio Theoderico Illyricum obuenit. Relicta ergo Pannonia, alter Italiam, alter Illyricum suscepit populandum: sed utriusque reges mox ubi sortita loca ingressi sunt, ilicò rebus humanis excedunt. Vuidimer



Italia, Illyrico Theodemir relicti filii decesserunt. Quorum Uuidimer ab Italicis præmiis victus, ad partes Gallie Hispanieque, omiſſa Italia, tendit. Theodericus vero Zenonis Augusti pellectus humanitate Constantinopolim venit, ubi magister militum statim effectus, consulis ordinarij triumphum ex publico dono peregit. Sed quia tunc, ut diximus, Odowacer regnum Italiae occupasset, Zenon imperator cernens iam gentes illam patriam possidere, maluit Theoderico ac si proprio iam clienti eam committi, quam illi quem nec nouerat. Secumque ita deliberans, ad partes eum Italiae mittens, Romanum illi populum senatumque commendat; ouansque rex gentium, & consul Romanus Theodericus in Italiam petit, magnisque praeliis Odowacrum uicit, & Rauennam in deditioe suscepit. Deinde uero ac si suspectum Rauennae in palatio ingulans, regnum gentis suae, & Romani populi principatum prudenter & pacifice per xxx. continuit annos.

nos. Illus autem Isaurus, magister officiorum, & Zenoni imperatori in priuata uita amicissimus, charitatēque coniunctus, dum secretò inde Ibraticionem Ariadnes Augustae, cum eius viro loquutus est, in zelo Augustum concitauit. Qui deliberans eam perimere, vni suorum rem tacitè demandauit. Quod dum ille agere nititur, cuidam cubiculariae prodit scelus eadem nocte facturum. Regina scelus cognouit, suoque in lectulo eadem quae rem suggererat collocata, in episcopium ad Acacium nemine sciente subterfugit. Postera die Zenon rem astimans perpetratam, dum luctum quendam quasi mcerens simulat, neminem suscepit, Acacius episcopus ingressus, & facti arguit impietatem, ueniamque fidei exposcit, Augustamque suspicionis innoxiam compromittit, acceptaque fide, ueniam pactione Augusta reuertitur, secumque dum crebrò deliberat qua sorte de inimico exigat ultionem, nata (ut opinata est) opportunitatem, vni suorum mandat in

abditis stanti, ut illum à se recedentem per-  
 imeret. Qui parens præceptis reginæ, dum  
 audis, ferit in capite, ense non ceruicem,  
 ut cupiebat, sed aurem illius amputauit.  
 Quod periculum euadens Flux, mox ad vr-  
 bem recedens, Zenoniq̃ infestus, orien-  
 tem inuasit. Contra quem Leontius dire-  
 ctus, pellicibus & verbis illeclus, diadema  
 arripuit, simulq̃ Leontius & illius Rei-  
 publ. inimici effecti, tyranni in partes Sy-  
 riæ & Isauriæ debachabantur. Additoq̃  
 super solito Isauris dono, omnes simul con-  
 spirant contra Zenonem, cuius thesauris in  
 Papyrio castello munitissimo repertis de-  
 seruiunt. Sed non post multum ab exercitu  
 Zenonis in eodem castello capiti decollatiq̃  
 sunt, & capita eorum Constantinopolim  
 allata, præfixa q̃ue hastilibus statuerunt.  
 Sic quoque Zenon superatis inimicis suis,  
 in pace bona quieuit. Anastasius ex silen-  
 tario subito ab Amadno Augusta in im-  
 perio assumptus, simulq̃ imperator &  
 maritus innotuit, regnauitq̃ annis xxvii,  
 mensibus

mensibus duobus. Contra quem Isauri  
 dum sibi, quod Flux tyrannus ille adiece-  
 rat donatiuum, & Zenon reconciliationis  
 gratia inuitus largitus est, ab isto fraudan-  
 tur, arma arripiunt, consertioq̃ prælio,  
 iuxta Cotzianum Phrygia ciuitatem ca-  
 strametati, penè per sex continuos annos  
 Reipubl. aduersantur: ubi & Lingis  
 eorum & in bello & in consilio præuius,  
 quantum pedibus ob corporis debilitatem  
 segnis, eques tamen in bello acerrimus,  
 dum peremptus fuisset, omnes Isauri su-  
 gerunt, atque dispersi sunt & deuicti, &  
 perquamquam exsilio ablegati, vrbesq̃ eo-  
 rum nonnullæ solo usque prostrate. Va-  
 riis namque sub Anastasio miles præliis  
 fatigatus, & nunc in Illyrico cum Sabi-  
 niano & Mundone ad Margum, nunc  
 cum Pompeio ad Adrianopolim, nunc cum  
 Aristo ad Zortam, nunc cum Parthis in  
 Syria, ut omittam intestinas clades &  
 pugnas in foro regia ciuitatis, ad postre-  
 mum contra Italiam plus piratico quàm  
 publico

publico Marte concertans, frustratus est. Sed quòd sit plus dolendum, contra Vltimum suum famulum Vitalianum de Scythia per sex annos civile bellum extruxit. Is siquidem Vitalianus cum LX milibus armatorum, tertio penè miliario, non Reipub. sed regi infestus, accedens, multa suburbana regie Urbis prædis spoliusque attriuit. Contra quem dum Hypatius nepos Cæsaris cum exercitu numerofo pugnaturus egreditur, antè ab Hunnis auxiliaribus capitur, & Vitaliano turpiter venditur, antè quàm aperto prælio parte aduersa sese inimicus ostenderet. Post quem iterum suus gubernator magisterque militum saepe superati, saepe irrisi ab eo & sprete sunt. Sic quoque diuersis partibus inimicorum vallatus agminibus Anastasius saepe congemuit, nulliusque tamen meruit inimicorum suorum vindictam audire: sicut nec ipse ecclesie iura seruauit, imò mœrens & furens maior octogenario etatis anno, regni que vicefimo & octauo, rebus excessit

fit humanis, contritæque Reipub. Vix Iustino ei succedente aliquantulum respirauit. Iustinus ex comite excubitorum à senatu imperator electus annos regnauit IX. Qui mox inhiantes regno suo Amantium præpositum palatij, Andream & Misaelem & Ardaburem eubicularios sentiens, afflixit. Nam Amantium & Andream ferro truncauit, Misaelem & Ardaburem Perdicam in exilium misit. Theocritum quoque satellitem Amantiij, quem idem quoque Amantius ad regnandum clam præparauerat, comprehensum carceratumque, saxis contis que ingentibus caesum, falsum in gurgitem iecit, sepultum tamen, imperio cui inhiauerat eum priuans: fœdusque cum Vitaliano percussit, & ad se euocatum magistrum militum præsentem & consulem ordinari tum fecit: quem rursus in suspitione habens prioris facti, sedecim vulneribus in palatio cum Celeriano & Paulo satellitibus confossum perimit. Hic quoque imperator ante quartum

I 5 menssem

menssem obitus sui, senectuti suae consulens  
 & Reipub. utilitatibus, Iustinianum ex  
 sorore sua nepotem consortem regni succes-  
 soremque imperij ordinans, rebus humanis  
 excessit. Justinianus regnat iam iubente  
 domino annos XXIII. qui ut sceptris ge-  
 nioque ab auunculo suo mancipatus est,  
 mox Parthos bella moentes destinato  
 exercitu compescuit, & fines proprios tu-  
 zans, Parthorum saepe multos occidit. Po-  
 stea verò facientibus peccatis, in die sabba-  
 ti sancti paschae inito certamine, exercitus  
 & non ducis instinctu, in flumio Euphra-  
 te fugiens Parthos, Romanus numerosus  
 ruit exercitus, Illyricumque saepe ab Heru-  
 lis Gepedisque & Bulgaris deuantanti-  
 bus, per suos iudices frequenter obtulit  
 vi, subterque cecidit. Post hac Hypatium  
 Pompeiumq. regni sui insidiatores, coadu-  
 nata manu ciuili Circum ingressos, & Hi-  
 patium torque aureo redimittum pro diade-  
 mate, locaque imperatoris iam occupantem,  
 Pompeium verò sub chlamyde loricatum,

& iam palatium inuadentem, utrumque  
 detentum ante fores palatij captum cathe-  
 natumque discussit, amputatisque eorum  
 capitibus, antè eos fecit imperium perdere  
 quam haberent, sociisque eorum qui eua-  
 serant hac caede proscriptis; veluti grandi  
 hoste prostrato de manibus triumphauit.  
 Eodemque anno post diuturnum imma-  
 nemque belli laborem, quod contra Par-  
 thos Romanorum fuisset gestum sudori-  
 bus, per Ruffinum patricium, perque Her-  
 mogenem magistrū officiorum, & utrum-  
 que legatum directū ad principem pax de-  
 pacta est; foedisque initum, & muneribus  
 ab utroque principè sibi inuicem destina-  
 ta. Max. quoque soluto de orientali parte  
 exercitu, eundem ductorem, quem dudum  
 orienti transmiserat, elegit Belisarium, &  
 numerosos fortissimosq. milites deputans,  
 ad australem plagam contra Vuandilos  
 mittit; qui fauente deo qua uenerat faci-  
 litate, ea celeritate Vuandilos superauit,  
 Libyamque ad corpus totius Reipub. iun-  
 gens,

gens, Gelimerem regem opesque Carthagini in urbe regia principi spectante populo obtulit. Cuius nutu remuneratus, consulque ordinarius mox designatus, de manubiis Vvandilicis Belisarius triumphauit. In Italia vero Theoderico rege defuncto, Athalaricus nepos eius ipso ordinante successit, & annos octo quamuis pueriliter uiuens, matre tamen regnante Amalasuenta degebat, quando & Gallias diutetas Francis repetentibus reddidit. Mortuoque Athalarico, mater sua Theodatum consobrinum suum regni sui participem faciens, non post multum ipso iubente occisa est. Et quia dudum se suumque filium commendauerat principi Iustimano, is mortem eius audiens doluit, nec passus est inultum transire: sed mox eundem ducem belli qui Poenorum domitor fuit, & de opibus Vvandilicis triumphans adhuc in fascibus erat, agmini diuersarum proponens nationum, ad partes Hesperias destinauit: qui primo accessu mox Siciliam per-

uadit,

uadit, duce eius Sinderich superato: ubi dum aliquantum temporis ob ordinandam patriam resideret, comperit in Africa ciuilia bella intestinaque praelia debacchari. Nam Stozas pater ultimus militum, & Martini clientulus magistri militum, tyrannidem arripieus, autorque seditiosorum effectus, Cyrillo, Marcello, Fara, aliisque diuersis iudicibus dolo peremptis, in ducem Salomonem seuebat, totamque Africam tyrannico ritu vastabat. Emenso ergo Belisarius à Sicilia in Africam pelago, solita felicitate rebelles fugat, provinciam liberat, Salomonemque rursus Carthagine collocans, Siciliam redit. Ubi mox Eurimund Theodabati Gothorum regis gener, qui contrarius cum exercitu uenerat, cernens prosperitatem consulis, ultrò se dedit ad partes victoris, oraturque ut iam anhelanti suo aduentu suspecta subueniret Italia. Constructo ergo Belisarius exercitu, & tam naualia quam equestria ductans agmina, vallant Neapolim, paucisque



que diebus eam obsidens per aquæductum noctu inuasit, & tam Gothis qui aderant quam Romanis bellantibus interfecit, urbem plenissime spoliavit. Quod Theodabatus animaduertens, Vuitigem unum inter alios ductorem exercitus proponens, contra Belisarium dirigit. Qui Campaniam ingressus, mox ubi ad campos venisset barbaricos, ilicò exercitus favorem, quem contra Theodabatum suspensum habebat, rex cepit. & quid, inquit, vultis? At illi, tollatur, inquirunt, de medio, qui cum sanguine Gothorum & interitu sua cupit scelera excusari. factoque impetu in eum, consona voce Vuitigim regem denuntiant. At ille regno leuatus, quod ipse optauerat, mox populi voto consentit, directis è sociis Theodabatum Rauennam reuertentem extinguit, regnumque suum confirmans expeditionem soluit. & priuata coniuge repudiata, regiam puellam Matheuentam Theoderici regis neptem sibi plus vi copulat quam amore. Dumque ille no-

uis

uis nuptiis delectatur. Rauennæ, consul Belisarius Romanam urbem ingressus est, exceptusque ab illo populo quondam Romano & senatu, iam penè ipso nomine cum virtute sepulto, confestim vicinia occupat loca, urbium oppidorumque munimina. Primæque Græca congressione Hunila dubitante, Perusinum ad oppidum superat, & plusquam VII. M. trucidatis, reliquos Rauennam usque proturbat. Secunda verò cum ipso Vuitige Romanas arces vallante congregitur, machinasque illius & turres quibus urbem adire tentabat igni consumptas, per anni spatium quamuis media laborans deludit. Post hæc ad Ariminum persequitur, exindeque effugatum, Rauenna clausum in deditionem suscepit: atque vnus consul qui contra Getas dimicat, penè pari euentu de Francis qui cum Theodeberto rege suo plus ducenta milia aduenerant triumphauit. sed quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantibus Francis pacem concessit, & sine suo-

rura

que diebus eam obsidens per aqueductum noctu inuasit, & tam Gothis qui aderant quam Romanis bellantibus interfectis, urbem plenissime spoliavit. Quod Theodabatus animaduertens, Vuitigem unum inter alios ducentorem exercitus præponens, contra Belisarium dirigit. Qui Campaniam ingressus, mox ubi ad campos venisset barbaricos, ilicò exercitus favorem, quem contra Theodabatum suspectum habebat, rex cepit. & quid, inquit, vultis? At illi, tollatur, inquirunt, de medio, qui cum sanguine Gothorum & interitu sua cupit scelera excusari. factoque impetu in eum, consona voce Vuitigim regem denuntiant. At ille regno leuatus, quod ipse optauerat, mox populi voto consentit, directis è sociis Theodabatum Rauennam reuertentem extinguit, regnumque suum confirmans expeditionem soluit, & priuata coniuge repudiata, regiam puellam Matheuentam Theoderici regis neptem sibi plus vi copulat quam amore. Dumque ille no-

nis nuptiis delectatur Rauennæ, consul Belisarius Romanam urbem ingressus est, exceptusque ab illo populo quondam Romano & senatu, iam penè ipso nomine cum virtute sepulto, confestim vicina occupat loca, urbium oppidorumque munitissima. Primaque Græca congressione Hunila ductante, Perusinum ad oppidum superat, & plusquam VII. M. trucidatis, reliquos Rauennam usque proturbat. Secunda verò cum ipso Vuitige Romanas arces vallante congregitur, machinasque illius & turrets quibus urbem adire tentabat igni consumptas, per anni spatium quamuis inedia laborans deludit. Post hæc ad Ariminum persequutus, exindeq. effugatus, Rauenna clausum in deditionem suscepit: atque vnus consul qui contra Getas dimicat, penè pari euentu de Francis qui cum Theodeberto rege suo plus ducenta milia aduenerant triumphauit. sed quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantibus Francis pacem concessit, & sine suo-

rum dispendio de finibus Italicis expulsi, sumptoque rege & regina, simulque & opibus palatii, ad principem qui eum miserat reportauit. Sicque intra pauci temporis spatium Iustinianus imperator per fidelissimum consulem duo regna duasque Respub. sine ditioni subegit. Quod Parthus comperiens facibusque inuidia exardens, in Syriam mouit procinctum, & Callinicum Casarcamque deuastans, Antiochiam venit. Vbi Germanus patricius cum Iustino filio suo, eodemque consule, postquam ab Africana provincia remeasset, dum aduentui Parthorum obuiare nequit, relicta vrbe ad partes secessit Cilicia. Persæ verò vacuam ab exercitu Antiochiam nacti, populum quidem per Orontis alueum ad Seleuciam maritimam cum militibus mixtis fugientem aspiciunt, nec sequuntur; sed preda per urbem certatim diripiunt, vicinasque vrbes & oppida partim inuasa partim pecunia quantitate multata prætereunt; & totius Cœlesyria

bona

bona sibi vnius in anni spatium panè Parthus assumit. Nec sic quoque recedit, sed iugiter aduersus Rempub. Romanam dimicat. contra quem Vandalicus & Geticus consul solitè destinatur. qui etsi non ut reliquas gentes eam edomuit, tamen ut intra suos se fines recolligeret compulsi; fuissetque de hac gente felici duci parta victoria, in clades in Italia, quæ post eius discessum emerferat, celerem ei successorem dedisset Martinum. Qui etsi viribus impar, consilio tamen quamuis cum Constantiano coniuncto non minor, dum resistere contra Parthos non praualet, ne bella diu teneret, pacem effecit. Cladem verò quam diximus in Hesperia plaga, ut liquidius le Etor cognoscat, apertius memorabo. Egremente Belisario consule ab Italia, & ut diximus, rege & regina, opibusque palatii ad principem reportante, Gothi qui trans Padum in Liguria consistebant, recrudescentes animo ad bella consurgunt, & ordinato sibi regulo Hildebal-

K

do

do milite, existunt aduersi: contra quos dum non unius sed diuersorum tentantur apparatus, illi fortiores effecti persistunt, annique spatio vix emenso Gildebaldu interficitur, & loco eius succedit Errarius: qui & ipse vix anno expleto peremptus est, & in regno malo Italia Badiula iuuenis nepos asciscitur Gildebaldi. Qui mox & sine mora Faentino in oppido Emilia solo, praelio commisso, Romanum superauit exercitum: & nec diu post haec item per suos ad cancellos annonaria Tusciae feliciter dimicans, fugat exercitum, iudices partim donis partim blanditijs sibi consociat, totamque Italiam cum ipsa Roma peruadit, omniumque urbium munimenta destruens, cunctos senatores nudatos, demolita Roma, Campaniae terra transmutat. Contra quem, ut superius diximus, Belisarius de oriente digreditur cum paucis, ratus omnem exercitum quem dimiserat integrum reperire. Et ideo postquam Rauennam ingressus est, nec cum quibus ei obuiaret

DE REGN. SVCCES. 147  
obuiaret inuenit; remenso Adriatico mari Epirum reuertitur, ubi Ioannes & Valerianus coniuncti, dum in conciones & iurgia concertant, Totila hostile opus in Italia peragit. Belisarius quoque impatiens tanta crudelitatis, naualem classem à Sicilia soluens, per Tyrrheni maris aestum, Romani in portus se recepit stationem, egressusque ad urbem quam vi destruetam & desolatam attendit, hortansque socios ad reparationem tantae urbis accingitur: ubi necdum vallo circumseptus, infestam experitur Totilam, sed solitis victorijs intrepidus, quamuis cum paucis contra eum egressus, sic effugauit, ut plures fugientes Tiberi demergerentur quam gladio caderent. Indeque hortatus exercitum, regreditur in Siciliam, quatenus & Romae faceret copiam annonae, & vicinus ad fretum, Totilam turbaret in Campania commorantem. Sed ut assolet, rerum immutatione, & principum voluntate diuersa, quiescente in domino Theodora Augu-

sta, euocatur ad urbem Belisarius de Sicilia. Post cuius discessum Totila securus, iterata rabie, & furentibus Isauris, inuadit Romam: & sic sumptis vndique viribus, militarique vallatus auxilio ingreditur, cepitque Siciliam. Contra quem Germanus patricius dum exire disponit cum exercitu, Mathesuentam Theoderici regis neptem, & Vuittigi mortuo derelictam, tradente sibi principe in matrimonio sumptam, in Sardicensi ciuitate extremum halitum fudit, relinquens uxorem grauidam, quæ post eius obitum postulum edidit filium, vocauitque Germanum. Qua felicitate sibi Totila comperta, totam penè insultans Romanis deuastat Italias. In Africa verò à Mauris dudum perempto Salomone, Stozas & Ioannes inuicem singulari certamine corraunt, aliusque Ioannes, qui Stozas iunior dicebatur, suscepta tyrannide, Guntharum magistrum militum secum esse suadet. Qui interfecto Areobindo, in-

galem

galem eius, neptem imperatoris, sibi cupiens sociare, præuenitur ab Artabane. Qui eo in conuiuio trucidato, neptem imperatoris ereptam ad urbem principi dirigit cum honore, simulque ferreis vinculis colligatum & tyrannum destinauit Ioannem, qui Stozas perempto in eadem successerat tyrannide. Quem in urbem discussum, manibusque truncatis, ad exemplum ceterorum in patibulo fixit. Ioanni dehinc patricio cognomine Troglita Africae procuratore commissa, Artabanus euocatus magistri militum presentis accepit dignitatem. Nec diu intercedente in ipsum principem manus iniucere gestiens, detectus & comprobatus, pietati tamen principali impunitus permansit, & quasi beneuolus congratulatione in Siciliam cum Liberio patricio properauit. Ioannes verò in Africana provincia feliciter degens, Mauris partis aduersa per Pacificos Mauros superatis, vna die decem & septem præfectos extinxit, pacemque

K 3

cemque



cemq; totius Africae iuuante Domino impetravit. Longobardorum gens, socia Romani regni principibus, & Theodahati sororis filiam, dante sibi imperatore, in matrimonio iungens regi suo, contra amulos Romanorum Gepidas, una die pugna commissa, eorum paene castra peruasit, cecideruntque ex utraque parte amplius quadraginta milia; nec par, cotferunt, audita est in nostris temporibus à diebus Attilæ in illis locis, præter illam quæ antehac contigerat sub Calluce Magnilide cum Gepidis, aut certè Mundonis cum Gothis, in quibus ambobus auctores belli pariter corruerunt. Hæ sunt causa Romana Reipublicæ præter instantiam quotidianam Bulgarorum, Antarum, & Sclauinorum. Quæ si quis scire cupit, annales consulumque seriem reuoluat sine fastidio, reperietque dignam nostri temporis Reipub. tragediam; scietque unde orta, quomodo aucta, qualiter ve sibi cunctas terras subdidit, & quomodo ite-

rum

DE REGN. SVCCES. 151  
 ram eas ab ignaris rectoribus amiserit. quod & nos pro captu ingenij breuiter tetigimus, quatenus diligens lector latius ista legendo cognoscat.

K 4

DE

## GOTHORVM

IN HISPANIAM ADVENTV,

*Et regum serie.*

EX

LVCII MARINEI SICVLI

LIBRO SEXTO

De rebus Hispaniæ memorabilibus.

**G**OTHI tempore Valentis principis ad Danubij ripam iuxta Mœsiam ea conditione confedere, ut non ultra procederent, & vnâ omnes Christiani fierent. Valens itaque missis ad eos Arrianis, quorum se et se addixerat, totam gentem eo dogmate pollutam reddidit. Post aliquot verò annos, cum gens barbara non posset à maleficio contineri, coactus Valens aduersus eos proficisci, superatus est & interfectus. Qua victoria illi elati, Constantinopolim cum exercitu confestim petiere, & cum Dominica, quæ Valentis fuerat

DE GOT. IN HISP. ADVEN. 153  
fuerat coniux, muliere sapiētissima, pecunia transegerūt, ac domū pacati se receperunt.

Quos Gratianus, qui tunc Orientis imperio successerat, reprimere cupiens, neque bello satis idoneus, Theodosium ex Hispania accersuit; qui pluribus postea præliis cum eis commissis, postremo pacem fecit. Qua fretus Atanaricus Rex eorum Constantinopolim vrbis visenda studio profectus, honorificeque à Theodosio exceptus, ibidem paucis post diebus morbo extinctus est. Quapropter Gothi rege carentes Theodosio tunc militare cœperunt. Sed fraude Stiliconis, ut dicitur, eos Italiam inuadere cupientis exautorati, Rege Alarico creato è Balthorum nobili familia, Pannonias & Illyricum occupantes incommodis omnibus affecerunt. Anno Salutis CCCC. VII. Coniunctiq. cum Radagaso altero Gothorum rege, de inuadenda Italia cogitarunt. Radagasus itaque primum ingressus ad Appenninum circa Fesulas confedit, ubi locorum angustiis ac montium asperitate fameque

fameque oppressus à Stilicone cum toto exercitu superatur & capitur. Alaricus Rex alter subsequutus in agro Rauennate occurrentem cum copiis Stiliconem habuit. Qui cum triennio bellum cum eis duceret potius quàm gereret, iussu Honorij pacem fecit hac conditione, vt in Gallia parte confidere possent. Post aliquot deinde annos Stilico contra foedus Gothos in Gallia per Saulem Hebraum in die Pascha incautos, & ex religione resistere non audentes, adoritur. Postero vero die Alaricus Saulem cum toto exercitu in se etatus sustulit. Deinde Stiliconi ab Honorio auxilium petenti missus est successor. Qui eum ob temeritatem quam gesserat obruncauit. Alaricus rebus faeliciter gestis, in Italiam hostiliter ingressus omnia ferro ignique vastans, urbem nemini defensam facile occupat; Anno quadringentesimo duodecimo, urbis autem condita millesimo centesimo quarto. Iussitque primum confugientes ad sacras aedes esse saluos; inde magna ciuium facta

DE GOT. IN HISP. ADVEN. 155  
facta strage, post diem tertium discessit, ac per Campaniam iter faciens populabundus apud Cosentiam ciuitatem morbo correptus interiit. Cui successit Ataulphus, qui & ipse urbem ingressus, si quid erat reliqui, diripuit, raptam insuper Placidia Honorij sorore, cuius nuptias discedens apud forum Cornelij celebrauit. Cuius consortio dicitur barbari pectus delinitum, vt non ea patraret, que saeuiter in Romanos cogitauerat. In animum enim suum induxerat Romam Gothiam vocare. Itaque Italia relicta in Galliam se recepit. Quem postea Theodosius iunior bello petens compulit, vt relicta Narbone & omni Gallia, in Hispaniam confugeret. Vbi breui deinde tempore à suis interfectus est, propterea quòd urbi Romae pepercisset. Cui Segericus succedens, & ipse quoque, quòd pacem cum Imperatore fecisset, à suis necatur. Vallias post hunc regnum suscipiens, foedus cum eodem iniuit, vt ei sedes apud Tolosam in Gallia darentur, Placidiamque viduatam remisit.

remisit. Aduersus insuper & alios Barbaros, qui Hispaniam occupauerant, opes & auxilium pollicitus. His itaque fretus Honorius Constantinum ducem aduersus Alanos & Vandalos misit: Qui totam Hispaniam præter Cantabros vastauerant, & quamquam fusi, fugatique apud Emeritam fuissent, paulo post vires redintegrabant. Itaque vno tempore Gothi, Alani, Vandalii, Hispaniam possidebant. Vallia extincto Rhodoricus successit, qui inito cum Aetio foedere, Valentiniiani principis duce, in campis Catalaunicis in Galliam contra Attilam Unnorum Regem è Pannonia Italiam petentē, in prælio occubuit. Cui Turismundus filius successit, qui ab Aetio in Hispaniam ad regnum paternum remissus, paulo post à Theodorico fratre interficitur. Re postremò Romam ad Augustum deducta, Gothi rursus excitati cum tertiam agri partem in Italia peterent, Orestes Augustuli pater minimè consentiens eis ad Ticinum occurrens in prælio occubuit. Odo-

acer

acer eius miles Vir Italicus Gothorum simul & Erulorum auxiliis, vt ait Procopius fugato Augustulo & omni nobilitate, Romam inuadit, tenuitque annos quatuordecim. Donec Theodoricus Rex à Gothis appellatus, amicitia Zenonis principis fretus, à quo etiam statua honoratus fuerat, petiit vrbis Romæ imperium, si Odoacrum expelli ab eo contingeret. Quo impetrato in Italiam cum maxima manu ingressus eundem ad Aquileiam occurrentem prælio superauit. Ille Romam reuertens ac clausas portas offendens, Rauennam petiit, quam breui tempore per Theodorici obsidionem relinquere coactus est. Specie deinde concordie inuitatus ab eodem ad cœnam, contra iusurandum interficitur. Theodoricus post hæc tota potitus Italia Romam pacificus adiit, templisque ac rebus aliis cum omnium gratia restitutis, Rauennam reuertitur, quam sibi regiam delegerat. Eaque animi magnitudine simul & mansuetudine fuit, vt nemini barbarus videretur. Quippe qui

Germa-

Germanum presulem Ticinensem virum sanctissimum in Burgundiam cum pecunia ad redimendos captiuos miserat, aliaque opera pietatis obiuerat. Quo vita functo eius filia Amalafunta cum paruo filio Alarico regnum administravit, adhibito Theodoro propinquo, cuius opera mox interfecta est; ipseque solus regno potitur. Missus interim Bellisarius a Iustimiano in Italiam cum exercitu ad vlciscendam Amalafuntam cum filio, ac Romam tyrannide Gothorum liberandam, Theodorum interfectum offendens, urbem capit. Gothi itaque tanto priuati imperio, qui ad eam diem annos XLVII regnauerant, in Italia, XXXVIII sub Theodoro, VIIII sub Amalafunta & filio, duosque sub Theodoro, Victigem Regem suffecerunt, non regio sane genere, sed probata militia, qui Amalafunta filiam Theodorici neptem in matrimonium duxerat. Hic ad Urbis obsidionem cum CC. mill. proficiscitur, ac primum molis Hadrianae ambitu cingit, mox

Por-

Portuense castru. Vnde commeatus prohibebat: aqua ductus XIII. rupit. Quare Bellisarius intus pistrina in Tyberi constituit, qui mos adhuc durat. Liberium Ponticum quod Gothi fauere videbatur, in exilium misit, suffecto Vigilio. Cumque diu resisteret ac multis Vctigem praelis peteret, profugatum ad extremum cum toto exercitu cepit, ac Constantinopolim in triumphum duxit. Creatis post eum Iudebaldo, deinde Alarico Regibus, ad postremum Totila regnum accepit, cuius pater Tauriscis regnabat, qui cum Bellisario variis praelis congregiens, victor tandem urbem cepit, ac euestigio Pelagium Pontificem ad Iustinianum Constantinopolim oratorem de pace mittit, qui rediens retulit Imperatorem nihil aliud respondisse, quam se Italiae res semel Bellisario delegasse, cum eo transgeret. Et Totila furiatu tertiam murorum partem Urbis disiecit, Capitolium incendit, omniaque diripuit. Ex quo Dei flagellum cognominatus est. Hunc Totilam Procopius

magnis



magnis extollit laudibus, et liberalitate aliusque animi virtutibus præditum. Cum tamen alij crudelem ac singulari arrogantiã virum taxauerint. Duces plures sub se habuit, inter quos Barbatia princeps nominatur. Postquam Bellisarius ab Urbe discessit, eam recepit, mœnibus ædificiisque refecit, portas restituit, earum clauibus Imperatori missis, Totilam urbem repetentem ac vi magna obsidentem repulit. Verum cum apud portum postea in valetudinem incideret, resque paulatim rursus amitteretur, omni studio per Antoninam uxorem reditum à Iustiniano impetrauit, atque item quinque post annos quam venerat, reuersus Diogenem cum tribus milibus Romæ præsidio dimisit, qui Totila furorem non expectans Centumcellas aufugit. Ille rursus urbem ingressus mitius se gessit, multaque à se prius vastata restituit. Quod fama est diui Benedicti contigisse beneficio: qui incognitum Totilam iuxta cœnobium eius prætereuntem placauerit.

Iuuat

Iuuat etiam Pelagij Pontificis occurrentis cum sago. & lachrymis aspectus venerabilis. Ea tempestate plures Iustiniani duces per Italiam diuisi, magnis viribus resistebant, ut scribit Procopius, Ioannes circa urbem tutandam, Iustinus Florentiam, Constantinus Rauennam, Cyprianus Perusiam, Bessas Spoletum, Mundus Illyricum tuebatur. Ubi post Salonas receptas multasque de Gothis victorias, ad extremum perit. Germanus postremo Iustiniani patruelis in Italiam missus & ipse breuiter interficitur. Deinde Conon, qui Anconæ præfuit, item Vitalianus Bellisarij fratris filius post annos ix. quam Totila urbem secundo ingressus est, cum Narsete, iuuantibusque Longobardis, apud Brixellum prælio congressus interficitur. Narses interea, qui Bellisario successerat, urbem iterum recuperarat. Deinde Teiam post Totilam regnantem in Apuliam consectatus prælio interfecit. Atque ita deinceps post annos xviii. Gothorum bello

L

finit

finis impositus. Qui ab initio regni Theodorici Italiam annos septuaginta duos tenuerunt. Anno Salutis DLXII. Pax deinde Gothis data ac volentes permitti circa Padum remanere. Qui tamen non contenti saepe Francorum auxilia quaesivere; ut testatur Agatius, qui post Procopium scripsit, ac omnem eorum postquam regno Italiae sunt eieci, prosequitur historiam. Ego verò Raphaelem Volaterranum sequutus eum tantum quid in Hispania Gothi gesserint, ab initio scribere proposuerim, mihi necesse fuit haec aliis explicare, ut eorum in ea res gesta melius apparerent. Nam Theodoricus, quem supra diximus in praelio Vnnorum cecidisse, tris reliquit filios, Thurismundum, Theodoricum, & Henricum. Thurismundus discendi patris Vnnosque bello persequendi cupidus, Actio prohibente destitit, & in Hispaniam ad regnum paternum rediit. Qui post annos tris à Theodorico fratre interficitur. Henricus verò alius frater regno Hispanie succedens

ad

DE GOT. IN HISP. ADVEN. 163  
ad annos xviii. tenuit, leges primus scriptas Gothis tradidit, sedente Simplicio & imperante Leone primo, filiumque heredem reliquit Alaricum II. Qui ex concessione & hereditate patris Theodorici, Tolosa in Gallia regnum obtinuit, ubi sedem constituit. Inde postea expulsus à Clodoveo Francorum rege praelio ingenti, amissis omnibus, quae in Gallia possidebat, in Hispaniam se recepit, ubi regnavit annos sedecim, interfectus demum à Childeberto Francorum rege, quod Clotildem coniugem eius sororem Arrianae sectae repugnantem male tractaret. Post hunc Tenda annos xvii. Quo à suis trucidato, Theodegostus annos sedecim. Qui ob libidinem in matronas interficitur. Apla annos novem. Hic adversus Cordubam bellum sumpsit, in quo eius filius fuit interfectus. Nec multo post ipsemet à suis apud Emeritam. Atanagildus annos viginti duos, & ipse apud Toletum interfectus. Lenogildus cum Luitba fratre, & postea solus annos quadra-

L 2

ginta

ginta sex, regni fines dilatauit. Cantabria deuicta & Andegam Regem Sueuorum è Callectia expulit. Cuius maiores annos CLXXVII in ea parte regnauerant, & filium Hermogildum, quòd à secta parentum abhorreret, ac Childeberti Francorum Regis orthodoxi filiam duxisset in matrimonium, bello persequutus, & in potestatem redactum supplicio affecit, quem pro martyre colunt. Anno sal. DLXXII. circiter ferè tempora Gregorij primi. Recaredus alter filius patri similis, Vir Christianissimus, concilium Toleti celebrauit, ubi Arrianam sectam improbauit, à Leandro & Fulgentio præsulibus rite ab incunabulis in fide institutus: cum Francis bellum gessit, ex eisq. XL. milia in campis Catalaunicis interfecit. Post hunc Luiba à successore Veterico interficitur. Gundamirus deinde regnauit annos XXVIII. Vascones domuit, Romanorum exercitum fugauit: decessit Toleti. Sisebatus orthodoxus fuisse dicitur. Præterea Iudæos omnes expulisse, aduersus

DE GOT. IN HISP. ADVEN. 165  
aduersus Romanos & Africam feliciter dimicasse. Quo fauore permotus Isidorus præsul Hispalensis concilium habuit contra Acephalorum sectam. Recaredus II. huic successit. Deinde Suitilla in bello exercitatus: quo duce usus est olim Sisebatus rex in propulsando Romanorum exercitu. Primusque, ut ait Lucas Tudensis, Hispanie monarchiam est assecutus. Deinde successit Sisenandus Suitilla II. Tulgas Bidesundus & Recensuindus imperauit Rex optimus annos XXII. Cuius tempora diuus Illesonsus præsul Toletanus illustrauit. Bamba Rex omni bonitate præditus ab Heringio successore propinatus memoriam amisit, regniq. deinde administratione prohibitus, se cœnobio addixit, in quo uixit annos septem, cum prius octo regnasset. Dum tamen sensus uiguit, res præclaras ac indignas tali calamitate gessit. Primum Vascones, deinde Nemanenses rebelles, præterea Narbonenses perdomuit. Ducem quoque Bitterensem in Gallia res Gotho-

rum infestantem superauit. Saracenorum  
naues cclx. Hispania litus primum ap-  
plicantes magna cum animi classe ingenti ob-  
uiam missa, partim cepit, partim depressit.  
Postremo Toleti concilium celebrauit. He-  
rigius annos tredecim. Egicam generum  
successorem reliquit. Qui annos xiiii re-  
gnauit. Fasillam ducem Tudensem, ut eius  
uxore potiretur, interfecit. Utiz am fi-  
lium et ciuitati prefecit. Qui postea regno  
successit vir admodum facinorosus. Nam  
Theodebertum Recensuindi Regis filium  
paruum olim relictum, cui regnum debe-  
batur, oculis priuauit. At ille diuina ben-  
gnitate ac prouidentia, ducta nihilominus  
uxore, Rhodoricum genuit, qui postea re-  
gno successit, auxilioque Pelagij patriui, Vi-  
tiz am unã cum filio captum Corduba re-  
legauit.

DE  
THEODERICO REGE  
GOTHORVM,

Sumpta è quarta parte Historiæ Generalis M. S.  
RICOBALDI FERRARIENSIS,  
Cui titulus est, Pomœrium Ecclesiæ Ra-  
uennatis. in quibus nonnulla plenius,  
nonnulla etiam aliter quàm à  
Iornande scribuntur.

**A** N N O Urbis conditæ MCC-  
XXVIII. A natiuitate autem  
Christi CCCCLXXVIII; Odoacer, deiecto  
de Augustali dignitate Augustulo, Urbem  
ingressus est, & totius Italia imperio est  
potitus; quod dum per annos xiiii. nul-  
lo inquietate tenuisset, adueniens ex Orien-  
tis tunc partibus rex Gothorum Theoderi-  
cus, Italiam possessurus intrauit.

Ut verò quis fuerit & unde Theode-  
ricus agnoscat, oportet aliqua præterita  
memorare. Walanir Ostrogothorum rex  
in obsequium Attilæ regis Hunnorum in

Italia militauit. Ubi uerò Attila occu-  
 buit, ab Hunnorum se suosque domino,  
 pristina libertatis memor, abduxit. Idem  
 quoque Ardaricus rex Gepidarum cetera-  
 que gentes Hunnis subiecta fecerunt. At  
 Hunni dolentes, Walemirem eiusque ex-  
 ercituū non solum se à suæ dominationis  
 iugo excussisse, (sed &) ceteris gentibus ut  
 similia facerent fuisse incentores, Gothos  
 ut fugitiua mancipia insequentes armis in-  
 festant, ut ad seruitutem denuo subigant.  
 Conglobatis igitur suis, Walamir irruit su-  
 per Hunnos, tantaque cæde debacchatus  
 est, ut de cetero Hunni Ostrogothorum ar-  
 ma metuerent. Leo Imperator cum Gothia  
 mox Illyricum vastantibus sædus iniuit,  
 ac Theodericum Theodamiris filium ex con-  
 cubina nomine Arileuna genitum à Wale-  
 mire eius patre, obsidem accepit. Occiso in  
 Assyris Walemire, Theodimer eius germa-  
 nus regia iura suscepit. Dimisso deinceps re-  
 gno, Theodimer Oriëtis, Widimer uerò oc-  
 cidui sortitur imperium de uastandum, Sed  
 mox

DE THEOD. REGE GOT. 169  
 mox ut Widimer in Italiam ingressus est,  
 rebus excessit humanis, successorem regni  
 Widimer filium relinquens. Widimer  
 acceptis à Glicerio Imperatore muneribus,  
 contendit in Gallias, & se cum propinquis  
 Uesogothis iungens unum efficit populum.  
 Interea Theodimer dum parta Victoria do-  
 mum reuertitur, Theodericum filium à Leo-  
 ne Imperatore redditum gratanter excepit.  
 Theodericus annum agens xviii. patre  
 inscio aliquantis ascitis satellitibus, uici-  
 nam sibi Sarmatarum gentem inuadens,  
 opima ex eorum manibus spolia patri præ-  
 dam portauit. Theodimer mox uita exce-  
 dente, cunctorum suorum fauore ad regni  
 gubernacula Theodericus ascendit. Quod  
 factum denuntiatum Zenoni, ipse latanter  
 audiuit, ipsumque ad se Constantinopolim  
 euocatum, magno honore & diuitiis extu-  
 lit; in tantum ut eum & fascibus subli-  
 maret, quæ dignitas post Imperiale fasti-  
 gium est prima; ere etiamq. illi statuam an-  
 te suum palatium collocauit. At uerò dum  
 i. 5 huius-



huiusmodi deliciis Theodericus afflueret apud Constantinopolim, illius gens Ostrogothi, dum eis propter fidei sanctionem prædas agere more solito non liceret, nec ab Imperatore oblata stipendia sufficerent, ceperunt \* agere. Execrantur fœdus, vituperant inutilem pactionem; mittuntque continuò ad Theodericum qui dicerent, quòd dum ipse Græcorum epulis superfluit, ipsi inopiæ miseras sustinerent. Hortantur, ut si sibi suisque velit consulere, citius redeat; quatenus ne cuncta gens pessum detur, nouas ad habitandum terras exquirat. His Theodericus auditis ad Zenonem accedit Augustum; questus suorum penuriamque exponit, Italiam sibi dari postulat; absolutionem efflagitat; adiiciens quòd si superaret Odoacrem, Italiamque obtineret, ad eius gloriam redundaret, à quo fuisset directus; si superatus fuisset bello, eius nihilominus lucris accresceret, quandoquidem quotidianorum stipendiorum exactoribus careret. Talia Zeno au-

diens,

DE THEOD. REGE GOT. 171  
 diens, contristatus est, eò quòd illum nollet amittere. Deliberato tandem consilio, & reipublica utilitate prouisa, eius petitionibus annuit, ei que Italicam per pragmaticam tribuens, sacri etiam velaminis dono confirmauit; Senatum illi Populumque Romanum commendans, abire permisit. Egressus Constantinopolim Theodericus, ad suos reuertitur Ostrogothos, hortaturque ut quàm primùm parati sint, ut inde emigrent, Italiam possessuri. At uerò priusquam in Italiam uenirent, Tratillam Gepidarum regem, insidias sibi molientem, bello superans extinxit. Brisam quoque Bulgarorum regem magna cum suis agminibus cæde prostrauit. Egressus itaque à Mystia, cum omni Ostrogothorum multitudine, uniuersaque supellectile, per Sirmium Pannoniasque iter faciens, ad Italiam uenit; ac primùm quidem Sontium flumen, quod ab Aquilegia modico obstat, castra posuit, dum uberrimis que eo loco habentur pascuis fatigata ex itineris longitudine

gitudine

gitudine aliquandiu iumenta reficeret. Ibi mox ei cum grandi suorum exercitu, totisque Italia viribus Odoacer occurrit. Quem Theodericus libenter excipiens, magno superauit praelio; postremo in fugam conuertit. Exinde Veronam properat Theodericus; ubi Odoacer non minore exercitu illi occurrit in pugnam. Theodericus iterum non procul Verona confligit, cum Odoacrum in acie ipsum etiam nimis cade protulit, & cum suo exercitu dare terga compellit. Quidam metu fugae precipites se in Athesim flumen mergunt; & magna ex parte illius undis implicati suffocantur. Theodericus insequitur fugientes, & Veronam ilico, eius ciuibus costernatis, inuadit & occupat. Odoacer cum suis qui euaserant Romam contendit, sed obseratis portis excluditur, qui dum sibi ingressum vetari videt, omnia per quae iter facit gladio flammisque consumpsit. & inde Rauennam se confert; utque ibi se tueri aduersus hostes possit, munitionum praeparare

DE THEOD. REGE GOT. 173  
parare obstacula cepit. Theodericus Verona digrediens Mediolanum peruenit. Ibi dum consisteret, magna ad eum multitudo militum, plures Italiae populi conuenere. Sed paucis interiectis diebus, rursus deditiuus exercitus Tussa quodam nomine instigante, Odoacris partibus se tradidit. Ea res in tantum Theodericum perterruit, ut se suumque exercitum apud Ticinensium urbem munitet. Burgundionum rex Gundibaccus talium rerum varietates aspiciens, Liguriam cum ingenti exercitu est ingressus; cunctaque quae reperire potuit pro uoluntate diripiens, infinitam secum ad Gallias captiuorum multitudinem traxit. Theodericus aliquandiu exercitum intra munitiones retinens, demum relictis ibi matre, sororibus, & uniuersi vulgi multitudine, nihil planè dubius de Epiphanijs sanctissimi viri fide, cum expeditis armatorum cuneis, ad Odoacris obsidionem Rauennam perrexit. dum eo in loco cui Pinetum nomen est castra posuissent, per triennium fere con-

tinuunt

tinuum Odoacrem obsedit; qui, dum frequenter ex urbe cum suis egrediens, eius exercitum inquietaret, nouissimè nocturnè castra irruens, magna Theoderici exercitum cade prostravit. Verùm ad extremum, fortissimè resistentibus Gothis, in urbem confugit; nec multo post à Theoderico in fidem susceptus, ab eo temulenter peremptus est. Egressis è Ticinensium urbe Gothis, post triennium, eandem mox urbem Regi inuasere, cuncta per circuitum loca, simul & ciuitatem per continuum biennium populatione vastantes, cum adhuc beatus Epiphanius superesset, cuius in tantis periculis sanctitate ciues replebantur afflicti. Epiphanius igitur Episcopus à Theoderico in Gallias ad Gumbacum pro captiuis redimendis directus, excepta innumera multitudine, pro quibus precium tribuit, VI. M. captiuorum ob solam sanctitatis suae reuerentiam concessa secum reduxit. Theodericus extincto apud Ravennam Odoacre, totius Italia di-

tionem

DE THEOD. REGE GOT. 175  
tionem est adeptus. Mox Romam profectus, à Romanis cum gaudio susceptus est; quibus ille ad subsidium, tritici singulis annis CXXM modiorum concessit. Post hæc Theodericus ut regni sui vires stabiliret, Ausadstedam Lodouici Francorum regis filiam sibi in matrimonium iungit. Wandalorum regi Hunerico Amalafredam germanam suam matrimonio sociat. Eius Amalafreda filiam Malabergam, Turingorum regi Emenfredo, Theodico quoque & Ostrogotho filias ex concubina, alteram Alarico Wefogothorum regi, alteram Sigismundo Burgundionum regi consociat. Amalafuentham verò tertiam filiam Eutarico ex Alamanorum stirpe uenienti, ex Hispania euocato, tradit. Sic Italia nulla gens affinis prætermissa, quæ Theoderico aut coniunctionis affinitate, aut pactiois fœdere sociata non fuerit.

Et paulo post: Theodericus verò per idem tempus dum pacificè apud Italiam regnaret, per singula quæque loca celebriora,

regia

176 E RICOBAL. FERRAR.  
regia sibi habitacula construxit. Equum  
quoque aureum fecit Ravenna; quem Ka-  
rulus inde abstulit, ut deferret in Fran-  
ciam. Sed non perduxit. Nam permansit  
Papie. Posthac Theodericus subita morte  
est defunctus: cui successit Athalaricus fi-  
lius ex Amalasuentha genitus.

IN

I N  
I O R N A N D E M  
V A R I Æ L E C T I O N E S

Et Nota aliquot

BON. VULCANII.



**S**TATVERAM initio, Lector  
benevole, Specimen tantum  
lingue Gettica edere, eiq; adij-  
cere Iornandem, de Rebus Ge-  
thicis, cum iis quae in editione  
Basiliensi Petri Perma ad eius calcem erant ad-  
iecta; quod & feceram. & iam Indice colo-  
phoni vice appposito, nihil aliud mihi restare  
putabam, quam ut eum in lucem emitterem;  
quum me amici quidam monuerunt, consultum  
fore ut & Iornandis librum De regnorum ac  
temporum successione adiungerem; alioquin,  
fore ut fucus aliquis alienis laboribus insi-  
dians, utrunque hunc librum coniunctim ex-  
cudi curaret, eaq; ratione typographo fraudem  
faceret. Quorum quidem consilio eo libentius  
acquiesci, quod in hoc etiam libro multa sint ad  
res Getticas pertinentia. Quibus adieci nonnul-  
la ex L. Marineo Siculo & Ricobaldo Ferrar-  
iensi non absimilis argumenti, tamen si hi Go-

M

this

*his parum equos sese ostendant, studio, uti arbitror, sine nationis, & barbarorum, ut eos vocant, mutuo quodam odio exstimulati. Superest ut varias aliquot lectiones subiiciam. Superuacaneis enim Lectorem onerare nihil atinet. Si quid verò in contextu ipso sententia id necessario requirente immutavi, eius te suis locis monebo; & nonnulla quæ ad explicationem, tam Gothicorum quàm Latinorum Vocabulorum pertinent, aspergam.*

PAG. 2. LIN. vlt. Silestantinam. *al.* Silephantinam Etheron. *al.* & Theron.

4, 2. Scanziam. *alias* Scandiam. Sic & Plinius eam vocat. Iacobus Zieglerus Scandianam appellatam fuisse ait; Scandia vero nomen mansisse, quod amenitatem pulchritudinemq; significat; quoniam celi beneficio, telluris obsequio, portuum & emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminum piscatione, venatione nobilium ferarum, auri, argenti, aris, & plumbi inexhaustis venis, colonorum in agro exercendo industria, oppidorum frequentia, ciuilibus institutis nulli cedit beate regioni.

6, 3. Memina. *al.* Miniamque.

18. in Calydoniorum concessisse metallum nominandi. *alias* in cal. meatarumque concessisse nomina &c. forte legendū Memmatarum.

7, 18. cedro. *al.* citri.

8, 20. nunquam. *al.* nusquam.

9, 23. viuunt. *rectius* viuant.

10, 21. Granij &c. *al.* Aigrandi, Aganziz, Vnixi,

Vnixi, Hertelrugi, Arochi, Rannij.

11, 4. infestæ sæuitia pugna) *al.* pugnant beluina sæuitia.

23. applicuere) *Rectius* ita quàm, appellauere.

12, 21. Oium) *alias* Oium.

13, 9. Iosephus) *al.* Ioseppus.

16, 4. ad coronæ speciem arduis montibus emunita. forte cincta. Nam ita infra, corona montium cingitur.

19, 4. Zarabos Tereos) *al.* Tarabostes eos.

201 2. Hanalæ) *rectius* Amalæ.

21, 1. Danubium) *al.* Danabrum.

12. Danubius. *al.* Danaber.

23, 1. Sorno rege) *al.* Sorni regi.

25, 8. Garganum) *al.* Gorgaram.

27, 12. locatum) *al.* elocatum. *al.* paulatim.

19. Iamniium. forte Imaum.

31, 16. Thamyris) *al.* Thomiris.

33, 5. Crebris fatigatus inthaphis) *alias* c. f. in scaphis. Locus corruptus. nec quid sibi velit vox inthaphis, scio. nisi forte ab Italico Intopo, quod occursum illis significat. tametsi & hanc ipsam vocem Italos, ut & Hispanos Topar à Gothis mutuato: exstimarim.

12. ducentis) *al.* septingentis.

34, 10. Paternis) *rectius* patriis.

14. tenentur) *alias* terrentur.

37, 1. propriis legibus viuere fecit, quas vsque nunc Bellagines vocant) Bellagines Gothicum vocabulum esse nemo mihi persuaferit, sed ex Gothico corruptum. Id verò fuisse crediderim, Welhagen breuitatis causa ita contractum à Welbehagen.



quod significat Beneplacitum; ita vt Bellagines, meaquidē sententia, nihil aliud sint quam Placita principum; quæ fortassis iis temporibus, vt & hodie, in hanc formulam desinebant, Want ons also gelieft, quod idē est ac si dicas Want ons also welbehaegt. Quod verò prima vocabuli litera W in B mutata fuerit, vitio aliarum nationum factum putarim, quibus pronuntiatio gemini V, plane est insolens; ac præcipue Hispanis, quos (quemadmodum olim Hebrei Ephraeos pronuntiatione vocis Schiboleth semel explorarunt) nulla ratione certius cognoueris, quàm ex vocis alicuius quæ geminum V habeat, pronuntiatione. Audies enim statim, pro Water, & Wijn, pronuntiantes Oubater, & Oubyn. Prius enim V in W, pronuntiant vt U vocalem suo more, scilicet Ou, (neque enim U breue siue Gallicum agnoscunt) alterum verò V in W, pronuntiant vt B. Quod quidem vitium non tantum in posteriore litera gemini W committunt, sed in omnibus aliis vocabulis quorum syllaba aliqua ab V consonante initium facit. Qui quidem error in Latinis etiam Glossariis est frequentissimus, in quibus promiscuè B pro V consonante, & V pro B positum reperias; vt in Glossariis vtriusque lingue, qua iam apparo, ostendam. Mirum autem videri non debet, si Vocabulum hoc Bellagines ab Hispanis ita corruptum censeam quum verisimile sit Leges hæc à regibus Gothorum in Hispania fuisse conditas. Neque enim Gothi vsquam diutius continuata regum serie quam in Hispania regnum obtinuerunt, & Isidorus eas ipsas Leges Latinas fecit. Sed erit de his alias commodè dicendi locus, quum secundas meas in Origene Isidori curas edam. vbi & de Longobardicarum legum

legum inscriptione, & de aliis aliorum librorum Veterum appellationibus agam; Laterculi videlicet, Codicis Homericæ ἐκ τοῦ ῥαζόνου & dicti, & vetustissimi Codicis Hispanici, cui titulum faciunt, El Libro del Bezerro.

18. imbuebantur) rectius imbuerentur.  
 38, 4. inuenitur) al. & quidem rectius enitit: lin. vlt. sua iustitia) lege, summa iustitia.  
 39, 20. Tamazites) al. Taziges.  
 40, 1. Almanicis) al. Alemanicis.  
 41, 3. Poppæus) al. Oppius.  
 6. Poppæi) al. Oppij.  
 22. Semideos, id est, Anses vocauere); Semideos, interpretor Heroas, quos & Hesiodus ημίδεος siue Hemideos vocat, sed Heroas de quibus hic sermo, non in media æris regione, vt Hesiodus, constitutumus, ἀΐες ἐσαυέρες, vt ille ait, neque vt Apulcius Lib. De deo Socratis, internuntios atque interpretes deorum facimus, sed primaria in gente Gothica nobilitatis ac dignitatis homines. Eadem fere ratione Galli vocant Les pairs de France. Hispani, Lōs grandes del reyno. Vide autem an ab hoc vocabulo Anses, dicta sit Ansa Teutonica, & Ciuitates Ansatice federatæ. tamen si non ignoro alios aliam huius vocis interpretationem siue Etymologiam adferre.  
 42, 10. Horum ergo &c.) aliàs Heroum &c. quam ego genuinam lectiōnem esse censeo; hoc est Semideorum, quos præcedente pagina Anses vocauit.  
 43, 8. Berimund.) al. Berimuth.  
 12. Witichis. al. Vitigis. & ita lin. 15.  
 49, 1. Thaphilis & Astringis) alias, Thafalis & Afdingis.

51, 17. Quomodo verò Gethæ Gepidæq. sint parentes) *Parentes hic vocat, quos Latini Affines, ratione loquendi vsitata etiam historicis posterioris ætatis. Qua significatione etiam hodiè Galli Parens & Pavétage, & Hispani Parientes, vocant, & Parentesco; & Iulius Capitolinus in Gordianis Parentelam vocat cognationem, siue affinitatem.*

52, 22. Burgundiones) *al. Burgozones.*

53, 20. ne nimij iudicaretur) *al. ne minor iudicaretur.*

*L.vlt. fluius Aucha) al. Houna.*

54, 3. viuaxque ingenium iuuat) *al. vinacitasque ingenij iuuir.*

11. nostri) *al. feliciter.*

55, 14. iugo montis) *al. iugo Hemi montis.*

56, 15. Veniensque abrupto) *al. veniensque ad Abitrum &c.*

57, 7. pestilens morbus) *al. pestilens annus morbis.*

58, 6. inuadebat) *al. inhiabat.*

59, 7. Thuro Varoque duces) *al. Taruaroque ducibus.*

16. ciuitate) *al. & rectius, Vicinitate.*

20. partibus Asiæ) *al. partes.*

60, 1. respirantes) *al. se reparantes.*

10. à quintodecimo miliario) *al. ad XII. miliarium.*

11. fontis igni) *al. ignei.*

61, 9. quinquegentianos) *al. Quinquagintanos.*

62, 4. Ararici & Aorici) *al. Ariarici & Arrici.*

63, 8. Hermunduri) *al. Hermundui.*

19. collecta imbellium suorum manu) *al. in bellum.*

65, 15. fecitque causa) *rectius fortasse fuitque causa.*

21. sed nihil valet multitudo in bello.) *alias & rectius imbellium.*

66, 9. prudentiæ virtute) *al. prudentia & virtute.*

67, 2. post egressum) *legebatur antea, qui post &c. expunxi rō qui vt superuacuum.*

7. Aliorumnas) *al. Aliorunas. qua & hodie vocantur Alruna. Hiss. Bruxas.*

10. in solitudinem coëgit terræ) *al. in solitudine coëgit errare.*

68, 7. tribuit) *al. præbuit.*

18. notissimum) *rectius notum.*

*L.vlt. quanto scunq. prius in ingressu Scytharum habuere) Ita habent omnia exemplaria. Sententia tamen videtur postulare, vt pro prius, legamus, obuio.*

69, 3. Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncassos & Boiscos) *al. Alpidzyros, Aichridzyros, Itimaros, Tuncarser & Bairchos.*

70, 17. nanciscitur) *Rectius fortasse, paciscitur.*

73, 10. Gepidis parentibus) *hoc est, affinibus, vt supra.*

11. per affectionis gratiam) *al. pro causa affectionis.*

74, 21. pro magno contradere) *Ita habent exemplaria omnia. Malim tamen legere, precio magno &c.*

75, 2. mercator victus necessitate exposcit)

scit) *al. m. victor famis &c.*

9. Lupicino & ductori Romanorum) *vel. superest &c., vel legendum est Lupicino & Maximo ductoribus &c.*

78, 2. principe meliore mutato) *al. renouato.*

19. inito fœdere) *al. inita fœdera.*

81, 7. generisque Gothorum) *al. genisq. &c.*

82, 1. Firmium. lege Sirmium.

8. Eneti) *lege Aiverol.*

10. in modum influentium aquarum) *Ita habent omnia exemplaria. Non dubitarim tamen quin legendum sit, In modum insulæ, influentium &c.*

*l. vlt. altissima fossa) al. latissima.*

83, 13. plena mollitie) *Rectius meo iudicio, plana &c.*

84, 7. etiam securus) *sensus requirit vt legamus & iam securus &c.*

85, 1. Ermantiam) *al. Thermanciam.*

87, 1. Barentinum amnem) *al. Busentum.*

88, 12. Foroliuij) *lege Forocornelij.*

90, 13. Constantinū) *al. Constantiā. vt & l. 21.*

91, 5. Claustra Pythei) *Que alijs clausuræ vel clusuræ, Græcè πύλαι. vt & Hisp. Puertos & Sierras. Græci posterioris æui κλεισούρας vocant.*

92, 2. in partibus Gallie) *al. Galicia.*

95, extinguent) *al. processissent.*

97, 3. sermone rarus) *Quædam exemplaria habent rarus; hoc est verborum paucorum: sed & prior lectio proba est, vt sit, Sermone rarus; quod Græcis ἀσφαλοειπής. cui contrarium est ἀμαρτοειπής.*

97, 10. Berismundus. *al. Beremuth.*

97, 12. ani-

97, 12. animi corporisque virilitate abundans) *Corruptissimus erat hic in omnibus exemplaribus locus, qui ita legebatur, animi corporisque virilitate habendus. pro virilitate tamen, alibi legebatur, vt illa ætate, æque corrupte. Non dubitari itaque meam emendationem in contextum referre.*

18. Constantinopolim se fœderasset) *al. Constantinopolim efferasset.*

98, 5. mouit procinctum) *Sententia requirebat vt ita emendarem, & in contextum referrem; cum antea passim legeretur, motus procinctum.*

19. Vidicula) *aliâs Vidigicia.*

99, 7. area vero curtis) *Legendum omnino est Cortus. Est enim Cors, spatiosissimus Palatii locus, quem Itali Corte & Cortile vocant; Hispani, La corte. Tametsi hi, hac appellatione etiam Palatium ipsum significat.*

*l. vlt. Blera. al. Bleda. Prosper Budam vocat.*

103, 23. vrbis. *al. orbis.*

105, 17. Solatia illorum quos delectat) *Reposui quos pro quibus. nisi quis illam fortassis fuisse rationem loquendi illis temporibus velit. Solatia vero frequenter vocat, subsidia.*

107, 17. destruant) *Rectius legas, præstruant.*

112, 21. Abscisæ autem &c. lege Abscisæ autem &c.

113, 11. inermibus cedere &c.) *Ita omnino legendum, non condere.*

114, 8. Manu manibus &c.) *lege Manus manibus.*

115, 17. muralis agger) *corrupte antea legebatur naturalis agger.*

21. proturbauerat) *ita rectius quam perturbauerat.*

117, 6. *pyram. lege. pyram.*

9. aut in potestatem hostium, tantorum hostium gentium dominus perueniret) *al. aut in potestatem tantorum hostium gentium dominus perueniret) utrobique malè. Sensus autem erit plannus si ita legas, aut in potestatem hostium, tantarum gentium dominus perueniret.*

119, 9. miserabiliter) *al. miseriterque.*

13. Sic hum. fragilitas &c.) *al. Sic. h. f. dum suspicionibus incurrerit, magna plerumq. agendo, occasionem rerum intercipit.*

120, 1. de inordinatis) *al. inopinatis.*

122, 12. Non hoc vacuum) *hoc est, Vanum & inane. qua significatione Tacitus non semel Vacuum usurpat.*

18. in Acrouentu Mamboleio) *al. In agro Venetum Ambuleto.*

123, 20. Qui mox deposito exercitus furore. *al. Qui mox deposuit exercitus furorem.*

126, 13. ab Afcalcruo) *al. Afcalihamo.*

139, 4. Balamber) *supra Balamir.*

5. ascito ad se Sigismundo) *al. accersito ad se Gesismundo.*

18. Waladamarcam) *al. Vallamaricam.*

140. habitum) *al. ambitum.*

142, 21. extinctionis suæ) *al. exitus sui.*

143, 2. magna hilaritate) *al. nimia.*

21. & ne præda reliqua subderent) *legendum omnino, Et ne prædæ reliqua subderet.*

145, 7. strauam super tumulum eius &c. celebrant)

celebrant) *Straua Gothicum vocabulum quid significet, non immerito dubitetur. Commentator Statij, in locum illum Thebaid. 2. Hostiles super ipse it [ita enim legendum, non ut] victor. aceruos: Aceruos, inquit, Exuuiarum moles. Exuuiæ enim hostium regibus extruebantur mortuis sepultura. Quem ritum sepulturae hodie quoque barbari seruare dicuntur, quem STRABAM dicunt sua lingua. Ego verò Strauam vocabulum mere Gothicum, Straffam ab illis dictam fuisse contenderim; quod vocabulum supplicium & pœnam significat, ut & hodie apud Germanos & Belgas; à verbo Straffen, quod Punire, siue penam ab aliquo exigere significat. Verisimile itaque est, Humos Attilæ non hostilium tantum Exuuiarum aceruis ad tumulum congestis, sed captarum cade parantasse. Iudicent docti an coniectura mea sit ευσοχ.*

147, 11. Netad. *al. Nedæ.*

21. cunctis, pugnantem. *al. contis pugnantem.*

22. in vulnere suorum cuncta tela frangentem) *al. in vulnere suo regum t. f.*

149, 12. annua solemnia) *Rectius solatia.*

150, 21. Ego item (quamuis agrammatus) Iornandes, ante conuersionem meam notarius fui) *Demisse de se sentit Iornandes, qui se agrammatum vocat.*

23. Biozimetas. *al. Bioximetas. al. Brizim & Archadiopolim.*

151, 3. Emnadzar & Vzindur) *al. Eumezur & Vltzindur. al. Emedzar.*

5. Vto & Iscalmus) *al. Histo Aliuoq. &c.*

20. Encopolitanam. *al.* Necopolitanam,  
*ibid.* Ad pedes enim montis) *al.* Ad pedes  
Emi &c.
- 153, 8. Danubij) *al.* Danapri,  
10. Huniuar) *hoc est*, *Traiectum Hunnorum.*
23. Triarij. *al.* triani.
- 155, 16. Dinzio) *al.* Dindzic.
- 158, 21. Vulfo) *al.* Hunulfo.
- 160, 22. Alpes erectas. *Vide an pro erectas le-  
gendum sit* Brettias. *Si vero erectas omnino, tum  
intellige arduas admodum & sublimes.*
161. amatores. *hoc est*, beneuolos & suorum par-  
tium studiosos.
- 162, 21. ipse ceu fortior) *Ita emendavi, quum  
antea legeretur, fortiter.*
- 163, 15. Saum amnem. *al.* Spadum.
- 164, 12. Clarianus. *al.* Hilarianus.  
22. Sium. *al.* Phium.
- 166, 15. tantum si. *lege*, tamen si.
- 168, 4. resedisset. *al.* consedisset.
- 169, 19. Audehedam. *al.* Odelfledam.
- 170, 9. Theudicodo. *al.* Thindigotam.
- 171, 2. Theodati. *al.* Theodahati &c. *atque  
ita deinceps.*
14. Margo plano) Margum planum  
*supra.*
15. Martianumque. *al.* Margum.
19. Artilanis) *forte* ab Attilanis,  
23, Scamarisque) *Legendum forte* Sicariis,  
*nisi Scamari Gothicum vocabulum fuerit; Sicarium  
ipsis significans.*
- 172, 22. Theodigis glossa) *al.* Thodigis Tolosa.

- 175, 4. vbi paucissimos dies) *al.* vbi Ama-  
lantha plures dies &c.
19. de Africa à Wandalis) *lege* de Africa &  
Wandalis.
20. Belisarius) *al.* Bertramum.
- 176, 15. Euermor. *al.* Euermundum.
- 177, 8. occisum Theodatam regem. *al.* occiso  
Theodahato rege.

## IN

## IORNANDEM

## DE REGNORVM

*ac temporum successione.*

**L**ONGVM esset, imo superuacaneum, omnes  
quotquot sese obtulerunt variantes lectio-  
nes annotare; è quibus multæ vitiosæ & nullius  
rei. Ego eas quæ mihi sunt visæ saniores in con-  
textum retuli. Locos vero aliquot corruptos,  
quos citra vllam variantis exemplaris opem emen-  
davi, indicabo.

P. 56, L. 17. fabulosis famæ monstris. *lege*,  
fab. infame monstris &c.

62, 14. Nec maior aliàs in mari pugna) *adde  
notam distinctionis post* pugna;

64, 16. & de eius ipsius Ariouistinis) *legendum  
censuerim; & de Ariouistinis &c.*

66, 2. Igitur Saguatus in causam belli delecta  
est. *lege*, delecta est.

74, 13. deliberaffe s. oculis &c. *lege*, delibasse.



101, 22. irritum fecere) *ita emendavi, quum antea legeretur, irritum fore.*

116, 3. odore prunarum præfocatus) *Ita reposui; quum antea corrupte legeretur, provocatus.*

133. dum luctum quendam quasi mœrens simulat, neminem suscepit) *Ita mihi visum est legendum; quum antea legeretur, dum luctum quendam quasi mœrens neminem suscepit.*

146. feliciter dimicans, fugat exercitum, iudices partim donis &c. *Ita reposui; quum antea transposita suo loco mota verba sententiam turbarent. Ita enim legebatur, dimicans iudices fugat exercitum, partim donis &c.*

150, 26. reperiet que dignam nostri temporis Repub. tragœdiam) *Ita visus mihi fuit hic locus emendandus; quum antea ita legeretur, r. d. n. t. Rempub. tragœdiâ.*

Si quæ fuerint, Amice Lector, ut erūt omnino, in hoc Iornandis De regnorum & temporū successione libro errata, aut dubia quæ te morentur, ea ex variis Historiæ Romanæ scriptoribus, ipse animaduertere poteris & corrigere. Neque enim mihi nunc temporis hunc tractatum, ut antea testatus sum, edere in animo erat. Sed neque libebat multum in eo castigando operæ ponere; imò ne vacabat quidem, cum ob varias meas, & publicas & privatas occupationes; tum præcipue ob nouam quam molior Procopij interpretationem, quæ vel sola totum hominem requirit; quem ut à doctis omnibus auide expectari

scio,

scio, ita eum de manibus non deponam, donec eorum desiderio, volente Deo, satisfecero. Interea, Iornandes hic meus *λαμπρόν* & *δίνω* Procopio præbit, neque exiguam ei lucem adferet. qua & tu fruens, amice Lector, & studiis meis fauens, Vale.

FINIS.